¶ Iſtis verſibus ponit̃ equiuocatio iſtius dictionis hec buccula le. q̃ buccula habet ſex ſignificationes. Nā idē eſt ꝙ parua bos: ⁊ tūc dr̃ de hic ⁊ hec bos bo uis; ⁊ tūc ſcribitur niſi cū vno c. Itē buccula eſt vmbo ſcuti vel quedā ps galee .i. criſta. Unde Iuuenalis. Et fracta de caſſi de buccula pendens. Et buc. ē gēma .i. lapis precioſus. Et buccula eſt diminutiuū de hec bucca ce .i. parua bucca (anglice a lytyl cheke) ⁊ buccula eſt pars zone in cingulo q̄ alio noīe dr̄ pluſcula (anglice a boccle). ¶ Conſtrue. Bucula eſt parua bos (anglice a hecfer) ⁊ buccula eſt pars galee: videlʒ criſta vel conus: ⁊ buccula eſt pars zone .i. cinguli zone dico pluris precij reſpectu buccule. Et nota ꝙ bucula ꝓ boue ſcribitur cū vno c/ſed in reliquis ſignificationib⁹ ſcribitur cū duplici cc. vt ſic buccula.

Caupo Cauponis caupona vxor/caupona taberna
Non capo cauponē comedit/ſed caupo caponem

¶ Finito capitulo in quo tractauit autor de equiuocis incipientibus a B lr̄a hic intendit agere de illis que incipiunt a C/littera. Et primo de iſto noīe caupona: dicens ꝙ equiuocatur ad duo. Nā caupona eſt idē ꝙ vxor cauponis q̄ alio noīe dr̄ tabernarius (tabernio/cruſtarius/vel ganeo. Item hec caupona ne. eſt taberna: ⁊ deriuatur de capio pis. cepi capere. ¶ Conſtrue. Caupona eſt vxor cauponis id eſt tabernarij.

Cautus Cautum prouiſum/cautū ſignat quoqʒ firmum.

¶ Hic autor docet ꝙ cautus ta. tū. habet duas ſignificationes. Nā idē eſt qḋ ꝓuiſus .a. um (anglice wyſe or ware) vn̄ dr̄ cautū eſt in iure .i. prouiſum. Et idē eſt qḋ firmus ma. mū. (anglice ſtedfaſte) vt hic. Hoc habeo ex rōne firma. Et deriuatur a caueo ces. ui. qḋ habet cautum tu. in ſupino. ¶ Conſtrue. Cautum ſignificat prouiſum: quoqʒ pro vice cautum ſignificat firmum.

Cauteriū Quo latro ſignatur dic cauterium/quoqʒ ferrū
Cauterium rurſum quod ferrum linquit vſtum

¶ Hic docet autor equiuocationē iſti⁹ dictionis cauteriū terij. dicens ꝙ habet duas ſignificationes. Nā cauteriū eſt illud ferꝝ quo latrones dānati antiq̄⁹ vtebantur in faciē vt corꝝ mala volūtas renaret (anglice a merkyng yren or a prynte) ¶ Itē cauteriū eſt illud vſtura que in facie vel in alio mēbro hoīs vel alterius aīalis poſt cautionē .i. vſturā relinquitur. Et preter iſtas ſignificatiōes cauteriū eſt inſtrumētū medicoꝝ quo vſturas faciūt infirmis. ¶ Itē cauteriū eſt ferꝝ quo paſtores ſignāt oues ſuas ⁊ pecudes vel equos ⁊ hmōi. Et dicitur cauteriū ſcḋm Iſidorꝝ eo ꝙ caute vrat vel eo ꝙ caute vratur. Et dr̄ de cautus ta. tum. ¶ Conſtrue. O lector tu dic cauteriū fore ferrum quo latro ſignatur: ⁊ dic rurſum id eſt iterum cauterium eſſe illud quod linquit id eſt delinquit vſtum id eſt crematum ferro id eſt cauterio.

Cauea Clauduntur cauea ſcrobs/caſa/carcer/ara

casa
cavea
claudo

¶ Hic autor ponit equiuocationē hui⁹ dictionis hec cauea uee. dicēs ꝙ equiuocatur ad quatuor. Nā idē eſt ꝙ caſa .i. caſtata (anglice a cage) vn̄ Quāuis ſint clauſe cauea pādione nate. Nititur ad ſiluas queqʒ redire ſuas. ¶ Cauea eſt ibi idem ꝙ caſa caue. Et cauea eſt idē ꝙ carcer. vt ibi in Theodolo. In caueam miſſum nō attigit ira leonū in caueā.i.in carcerē. ¶ Et cauea idē eſt qd ara.i. domus porcoꝝ (anglice a ſwynſtye. Aliqui libri habent iſtū verſū. Clauditur cauea ſcrobs ⁊ caſa carcer ara ꝟ(vel)carcer ⁊ ara. Et vtraqꝫ lr̄a eſt corrupta. Prima lr̄a eſt corrupta: qr ara ex quo ē ītus corripit vltimā ſyllabā ⁊ deberet produci illa ſyllaba ſi verſus eſſet fidelis. Itē ſcd̄a littera eſt falſa q̄ eſt illa. Carcer ⁊ ara. qr tūc cauea eſſet idē qd ara cuius prima producit. Et tūc eſſet illud qd altare ⁊ hoc nō eſt veꝝ. ¶ Unde nota hic differentiā inter ara cuius prima producit: et ara cuius prima corripit. Ara cuius por ꝓducit eſt idē qd altare verſus. Porcū nutrit ara: gentilis eum necat ara. ¶ Cōſtrue. Ara id eſt domus porcoꝝ nutrit porcū: et gentilis necat.i. occidit eū ſcꝫ porcū ad ſacrificandum: ara id eſt in altare gentiliū. ¶ Conſtrue verſum libri. Scrobs/caſa/carcer/ara ſignificatiōes iſtoꝝ quattuor nominū claudunt in hoc nōie hec cauea.i. quod cauea ſignificat illud qd quodlibet iſtoꝝ nominū ſignificat. Et eſt verſus pentameter id eſt de quinqꝫ pedibus.

Uas oleris/viniqꝫ calix/eſt nota mortis. **Calix.**

¶ hic docet autor quot ſignificatiōes habꝫ calix calicis. dicēs ꝙ habꝫ tres ſignificationes. Et eīn vas oleꝝ ſiue aliaꝝ reꝝ (anglice a dyche). Unde Ouidius Stant calices ⁊ quiſqꝫ fabas olus alter habebat. Itē calix eſt vas vinariū vel vini (anglice a cuppe or a pece). Unde Horatius. Fecundi calices quē non fecere diſertum. ¶ Item calix eſt nota mortis.i. ſignū mortis.i. mortis paſſio. Unde in euangelio. Pater mi ſi fieri pōt tranſeat a me calix iſte.i. iſta paſſio mortis quā paſſurus ſum. ¶ Itē calix dr̄ illud vas in quo p̄ſbiter ſacrificat in altari. Calix dr̄ de caleo es. Solebant antiqui calidā ⁊ frigidā potionē in calice cōmiſcere. Et dr̄ de calon grece qd eſt lignū latine: qr olim calices fiebāt de ligno in primitiua eccleſia. Unde Johānes bolich dicit. nūc aūt ſunt aurei calices et lignei ſacerdotes. ¶ Cōſtrue. Calix eſt vas oleris ⁊ vas vini. ⁊ eſt nota.i. ſignū mortis.i. paſſio mortis.

Pars pedis eſt hic calx/lapis vſtus dicit hec calx. **Calx**

¶ hic docet autor ꝙ calx habet duas ſignificationes. Nā eſt quedā pars pedis ſcꝫ talus (anglice an hele) ⁊ tūc eſt maſculini generis. ¶ Et calx eſt lapis vſtus de quo fit cementū ⁊ tunc eſt feminini generis. ¶ Item nota ꝙ calx poteſt poni pro fine cuiuſlibet rei. vt in calce libri.i. in fine libri. A calx cis dicit hic callus li. duricies manuū vel pedū. ¶ Conſtrue. hic calx cis. eſt pars pedis.i. talus ſed hec calx cis. dicit lapis vſtus id eſt crematus. ¶ Item nota hic ꝙ Uirgilius poſuit calx feminini generis pro illa parte pedis vbi dicit. Compedēqꝫ pedem ferrata calce fatigat.

Calculus eſt ratio/numerus ſententia carbo **Calculus**
Calculus eſt pōdus minimus lapis/enſis acutus carbo
Libro papie ſi vis exempla require.

¶ hic docet autor ꝙ hic calculus habet ſeptem ſignificationes. Nam hic calculus culi. idem eſt quod ratio. ¶ Et eſt idem quod numerus vel computatio quia antiqui ꝑ paruos lapides: qui ⁊ calculi dicunt̄: tenẽtes in manibus computauerũt. Un calculo las. verbũ actiuũ .i. numerare. ¶ Item calculus eſt ſententia diffinitiua. vñ dr̄ in iure. Nõ eſt dandus calculus parte abſente .i. ſententia. Et alibi dr̄. Non ꝓhibet calculus rõnis .i. ſententia. ¶ Itẽ calculus eſt idem ꝙ carbo. Unde in Eſaya ſcribit̄. Sumpto calculo de altari tetigit labia mea. Sumpto calculo .i. carbone. ¶ Et calculus eſt quoddam pondus ſcꝫ minima pars ponderis: ⁊ eſt quarta pars oboli. Et calculus vocatur lapis leuis rotundus ⁊ duriſſimus. dictus a calco cas. eo ꝙ leuitate ſui ſine moleſtia calcet̄: cui contrarius eſt ſcrupulus lapillus minutus et aſper. qꝛ ſi inciderit in calciamentum nocet ⁊ moleſtus eſt. Unde ⁊ cũ moleſtia ſcrupulũ dicimus eſſe. ⁊ eſt ſcrupulus diminutiuũ de hic ſcrupus pi. ⁊ eſt ſcrupulus paruus lapis qui ſepe ſub talo latens in calciamento multũ ledit ⁊ offendit. Et dr̄ de ſcrutor aris quia facit nos ſcrutari illum vt amoueat̄. Item calculus eſt gladius vel enſis. Unde Statius. Damnandus calculus armis .i. enſis vel gladius. ¶ Cõſtrue. Calculus eſt ratio. ⁊c̄. Libro papie ⁊c̄. Recipe exempla ſcꝫ quomodo calculus oĩa iſta ſignificat in libro papie: ſi vis .i. ſi placet tibi.

Calleo

callidus
callus
collum

Calleo durere denotat ⁊ ſapere.
Callidus ⁊ callus/ hec duo ſenſa probant.
Significat callus plantam/ collumqꝫ bouinum.

¶ Hic autor dicit ꝙ hoc verbũ calleo les. habet duas ſignificatiões: ⁊ hoc probat per duo nõia que deriuãtur ab illo verbo. ſ. callidus ⁊ callus. Nã callidus da. dũ. eſt idẽ ꝙ aſtutus .i. ſapidus: hoc probat ꝙ calleo les. eſt idẽ qđ duro res rui. rere .i. eſſe vel fieri durũ (anglice to be harde). ¶ Deinde ponit autor equiuocationem in iſta dictione hic callus li. dicens ꝙ eſt planta pedis .i. duricies plante pedis (anglice the hardeneſſe vnder the fote). Et hic callus eſt collũ bouinũ .i. duricies colli bouis. ¶ Calleo calles eſt verbũ neutrũ. ⁊ declinat̄ calleo les. lui. lere. callendi do. dũ. callens. ſed ſupi. caret. ¶ Conſtrue. Hoc verbũ calleo denotat durere ⁊ aſperare. Iſta duo nomina callidus ⁊ callus ꝓbant duo ſenſa .i. illas duas ſignificatiões. ¶ Significat ⁊c̄. Hoc nomen hic callus li. ſignificat plantã id eſt duriciem plante ſcilicet pedis. qꝫ pro et. ⁊ callus ſignificat collum bouinum. id eſt duriciem colli bouis/ que duricies venit ex iugo trahendo.

Canis

Eſt animal ſyduſqꝫ canis/ piſciſqꝫ marinus

¶ Hic docet autor ꝙ canis habet tres ſignificatiões. Nam canis eſt quoddã animal latrabile ſatis bene notum oĩbus (a dogge). Et dr̄ habere quattuor cõmendabilia que notant̄ per iſtos verſus. Cõditione bona ſunt in cane bis duo bona. Pollet odoratu fugit eius latro latratu. Eſt lingua medicus: dñoqꝫ fidelis amicus. ¶ Itẽ canis eſt ſignũ celeſte. Unde dicũt phiſici ꝙ dũ ſol eſt ſub cane moleſte ſunt purgationes. ¶ Itẽ canis eſt quidã piſcis marinus (anglice a marmayde) ſed ille piſcis nõ cõuenit delicatis. De ſignificationib⁹ iſtius dictionis dixit quidã hos verſus. Qui natat in equore/ ſplendet in ethere/ latrat in ede. Significat triplici canis hec tria ſub rõne. Et declinat̄ hic ⁊ hec canis iuxta doctrinale. Eſt hic ⁊ hec teſtis ciuis burgẽſis ⁊ hoſtis. Et canis. ⁊c̄. ¶ Conſtrue ſic. Canis eſt aĩal. qꝫ pro ⁊ ſydus .i. ſtella. qꝫ pro ⁊. ⁊ piſcis marinus. Et canis deriuat̄ a cano nis. cecini canere .i. cantare: qꝛ canis bene cantat. qꝛ fures eius latratu fugat. vel a cano per contrarium.

Hic cancer cancri ſignum piſciſq; notatur
Hic cancer morbus canceris eſſe ſolet.

Cancer

¶ Hic autor docet ꝙ cancer cri. hꝫ tres ſignificationes. Nã cancer eſt vnũ de duodecim ſignis celeſtib⁹ de quo loquit̃ Theodolus ibi. In cancro ſolis. ⁊c. ¶ Et eſt qdã piſcis in mari (anglice a crabbe). Vñ Auian⁹. Curua retrocedẽs confert veſtigia cancer. Et pro iſtis duab⁹ ſignificationibus cancer eſt ſecũde declinationis nõis. Itẽ cancer eſt quidã morb⁹ qui in plurib⁹ eſt incurabilis (anglice a canker) ⁊ tũc eſt tercie declinatiõis nõis ⁊ neutri generis ſm̃ antiquos. Vñ Ouidi⁹. Solet immedicabile cancer. Sm̃ modernos eſt tñ maſ. gñis in oĩ ſignificatione ſcʒ pro ſigno/pro piſce/⁊ pro morbo. ¶ Conſtrue. Hic cancer cri. cro. notat ſignũ celiq; pro et: ⁊ piſcis: hoc cãcer morbus. i. ꝓ morbo faciens canceris in gñõ ſolet eſſe ſed nũc non eſt in vſu. ſed ſemper hic cancer cri cro. ſecunde declinationis in omni ſignificatione.

Principium dignũq; notat caput atq; cacumen.

Caput

cacumen

¶ Hic autor docet ꝙ caput hꝫ tres ſignificationes. Nã idẽ eſt ꝙ principium vt ibi. In capite libri ſcriptũ eſt de me ⁊c. i. i principio libri. Et eſt idẽ ꝙ dignũ. Unde Roma caput mundi nũmi regina rotũdi. Et ibi ⁊ in ſimilibus caput ſumitur pro digniori pte vel rectore vel duce. Unde dr̃ Regnũ eſt ſine capite. Et caput eccleſie nõ dico eſt ſed debet eſſe papa. Itẽ caput eſt idẽ ꝙ cacumen (anglice a hyght) Vñ dr̃ ꝙ pnaſus mõs habet duo capita. i. duo cacumina. ¶ Conſtrue. Caput notat. i. ſignificat principiũ: q; pro ⁊ denotat dignũ. i. dignitatem vel digniorẽ partẽ: atq; pro ⁊ caput notat cacumen. i. verticẽ vel altitudinẽ. Et nota ꝙ caput ſcribitur per t/⁊ nõ per d/in ſuis compoſitis.

Capra dom⁹ ſacra philoſophus ſyduſq; capella.

Capella

capra

¶ Hic docet autor equiuocationẽ iſti⁹ dictionis capella le. dicens ꝙ equiuocatur ad quattuor. Capella eſt diminutiuũ de hec capra pre. Unde Uirgilius in bucco. Ite domum ſature venit heſperus ite capelle. Et capella eſt domus ſacra. i. parua eccleſia que nõ habet baptiſmũ nec cymiteriũ. Et ſic dicit̃ qꝛ eccleſia olim cooperta fuit pellibus caprinis. Capella eſt ꝓpriũ nomen cuiuſdã philoſophi qui dicebat̃ Marcianus capella: ⁊ qui fecit librum de nuptiis mercurij ⁊ philoſophie. Unde Theodolus. Ui ſuperꝫ magna ſociaſti teſte capella ideſt illo philoſopho. ¶ Et capella eſt nomen cuiuſdã ſigni in firmamento qđ alio noĩe dicit̃ capricornus. ¶ Conſtrue. Capella eſt capra. i. parua domus ſacra (anglice a chapelle) Et eſt philoſophus. i. nomen philoſophi: q; pro ⁊. ⁊ eſt ſydus. i. nomen ſyderis id eſt ſtelle.

Pruna lapis nitens eſt/⁊ carbunculus antrax

carbũcul⁹

¶ Hic docet autor ꝙ hic carbunculus li. habet tres ſignificationes. Nam idẽ eſt quod pruna. Et eſt pruna proprie carbo ignitus ⁊ ardẽs. Sed dicitur ſine igne carbo. Et carbo dicitur pruna de peruro peruris peruſſi perurere. ¶ Item carbunculus eſt quidam lapis precioſiſſimus ⁊ ſplendidiſſimus (anglice a carbuncleſtone) adeo ſplendidus ꝙ vincat tenebras noctis ⁊ omnium lapidum virtutes in se dicit̃ retinere. Unde in lapidario. Ardentes gēmas superat carbunculus omnes. ¶ Item carbunculus est antrax. Antrax est carbo vel calculus vel quidam moꝛbus qui vocat̃ (anglice a felon). Et est feminini generis. hec antrax tracis. ¶ Construe. Carbunculus est pruna: qꝛ pro ⁊: ⁊ lapis nitens ⁊ splendens. Et carbunculus antrax id est carbo id est calculus vel moꝛbus.

carchesia Attendas esse carchesia vasa sacroꝛum
Ac instrumentum dicas carchesia nauis

¶ hic docet autoꝛ equiuocationē huius dictionis in plurali numero hec carchesia dicens ꝙ equiuocat̃ ad duo. Nam carchesia sunt quedā vasa terrea quibus sacerdotes gentiliū vtebant̃. Un̄ Statius. Excelsa libant carchesia puppi. Et dr̄ a carce grece qđ est terra latine: qꝛ fuit vas terreū in quo scriptum erat quo oꝛdine deberēt sacrificantes notare. ¶ Itē carchesia sunt instrumenta in naui (anglice a seyleyerde in the shypp). Un̄ Lucanus. Est vtinā summi curuant carchesia mali. ¶ Attēdas .i. pcipias carchesia esse vasa sacroꝝ: ac dicas carchesia esse instrumentū nauis. ¶ Carchesia vt dicit hugu. sunt troclee in cacumine mali in naui quasi foramina per que funes trahunt̃: ⁊ quedā vasa ad similitudinē illoꝝ facta. ⁊ declinat̃ hoc carchesiū sij. in singulari. ¶ hic malus li. est arboꝛ stans in medio nauis (anglice a maste) hec troclea clee. i. rotular vt rota modica supra puteū: ⁊ illud quod supponitur malo nauis: quia habeat rotulas idest paruas rotas per quas funes trahunt̃. Et dicit̃ a trochos grece quod est rota latine.

Cardo Cardo subest foꝛibus si cardinis est genitiuus
Et si cardonis est herba nociua colonis

¶ Autoꝛ hic docet ꝙ cardo equiuocat̃ ad duo. Nam cardo est illud sup̄ quod vertitur hostiū vel ianua (anglice a trescheide) ⁊ tunc declinat̃ hec cardo cardinis penultima correpta. Unde ⁊ cardinales dicuntur: qꝛ sicut hostiū vertitur in cardine sic sctā ecclesia verti debet per cardinales. ¶ Itē cardo est quedaꝫ herba aspera (anglice a thystell) ⁊ tūc declinat̃ hic cardo donis penultima pducta. ¶ Cōstrue. Cardo subest foꝛibus id est ostijs: si cardinis est genitiuus / id est si cardinis sit correpta in penultima syllaba. Et si cardonis sit genitiuus idest si producat̃: tunc cardo est nociua herba colonis id est agricolis: qꝛ ppt asperitatē agricole nō possunt extrahere eā de terra sine manuū lesione. Et dicitur de carpo pis. qꝛ vtendo carpit̃ eius asperitas ⁊ minuit̃. Sed cardo dicitur de cardean grece quod est coꝛ latine: quia sicut coꝛ hominē re inis le cardo qui ⁊ cuneus dicit̃ ianuam regit ⁊ mouet.

Carmina Carmina cantoꝛum sunt vatum / suntqꝫ magoꝝ

¶ hic docet autoꝛ ꝙ carmina hñt tres significationes. Nā carmina sunt cātilene: vt iste sit cantare dulcia carmina. i. dulces cātilenas. Un̄ in Alexandrei. Sepe sub hac fuerāt carminē syluestre canētes: carmen syluestre. i. cantilenam syluestrē. i. de sylua. ¶ Itez carmina dicunt̃ vatū. i. poetaꝝ dictamina. Unde Boecius. Carmina qui quondā studio florente peregi: carmina. i. dictamina poetica. ¶ Itē carmina sunt incantationes magoꝝ (anglice charmes) Unde

Carmine diſſiliunt abruptis rupibus agnos. Et dr̄ carmen de carpo pis. ⁊ declinatur. hoc carmen. Genitiuo huius carminis. Datiuo huic carmini (anglice the dety of a ſonge.)

Lapis/ ⁊ euentus/ inflectio ſit tibi caſus

Caſus

¶ hic docet autor ꝙ hic caſus ſus. ui. habet tres ſignificatiões. Nā idē eſt qđ lapſus us. ui. vt aliquis accepit caſum in lubrica via. i. lapſum. ¶ Et eſt euentus (anglice a happe) Ut cū dicitur. Iſtud accidit a caſu. i. ab euentu. ¶ Item caſus eſt inflexio: ⁊ tunc eſt ſextum accidens nominis quod eſt pars orationis Et eſt caſus inflexio vocis ad vocem.

Hec caſſis galeas/ hic caſſis rhetia ſignat
Caſſidis hec faciet: dat caſſis ⁊ hic genitiuo

Caſſis

¶ hic docet autor ꝙ caſſis habet duas ſignificationes. Nam caſſis eſt galea (anglice a baſnette) ⁊ tunc eſt feminini generis ⁊ habꝫ caſſidis in gtō. Et caſſis ē rhete (anglice a nette) ⁊ tūc eſt maſculini generis ⁊ habꝫ caſſis in gtō. Pro galea dicit' quaſi caſſans ictus id eſt euacuans. Uel caſſis ſm Iſidoꝝ dicit' quia fit de corio. inde hoc caſſidile lis. hic caſſis. Genitiuo caſſis pro rhete quaſi caſſans curſus ferarum id eſt impediens curſus. Uirg. In foribus laxos ſuſpendit aranea caſſes. i. debilia rhetia. ¶ Conſtrue. hec caſſis qſi caſſis eſt feminini generis tūc ſignificat galeas pro galea numerus pro numero cauſa metri. hic caſſis id eſt qſi eſt maſculini generis ſignat. i. ſignificat rhetia. i. rhete: ⁊ eſt inſtrumentū quo piſces vel volucres capiunt.

Una catella duo/ catulam notat atqꝫ cathenam.

Catella

¶ Dicit ꝙ hec catella le. habet duas ſignificationes: quia catella pōt eſſe diminutiuū de canis: ⁊ ſic dicit' parua canis. Uel catella pōt eſſe diminutiuum de hec cathena ne (anglice a chayne) ⁊ tunc dicit' parua cathena illa videlicet quā ſolemus appendere collis cyrogrillorum ⁊ muſtelaꝝ. ¶ Conſtrue. Una catella idest hec ſola dictio catella notat id eſt ſignificat duo id eſt habet duo ſignificata. duo dico catulam id eſt paruā canē: atqꝫ pro ⁊: ⁊ cathenam ſcilicet paruam: vt ſupra dicitur.

Eſſe cibum cenam dicas/ ſcenamqꝫ theatrum

Cena

cibus

¶ hic verſus eſt differentialis magis ꝙ̄ equiuocus: qꝛ hic ponit differentiam inter hec cena ne. ſcriptū per e/ ſimpliciter in pͥma ſyllaba. Et ſcena ne. ſcriptū per ſc/ in prima ſyllaba. Dicit ergo ꝙ cena eſt prandiū vel conuiuiū (anglice a ſouper) ⁊ dr̄ cena a cenon grece qđ eſt cōe latine: quaſi a cōione veſcēdi Antiq publice in ꝓpatulo comedebāt ⁊ nō ſolitarie ⁊ priuate ſicut modo: ne ſingularitas de delicijs luxuriā generaret. Et dr̄ cena ꝓpͤe in ſero. Jantaculū in mane. Prandium in meridie. Obſonium poſt cenam. ¶ Sed ſcena cum ſc/ deriuatur a ſcenon grece quod eſt vmbra latine: id eſt vmbraculum vel locus obumbratus in theatro aſſeribus ligneis et cortinis coopertus. Similis tabernis mercatorum vel mercennariorum que ſunt aſſeribus ⁊ cortinis cooperte. ¶ Et ſcena ſecundū Uirgiliū poteſt dici a ſcena quod eſt domus que erat ibi

4

conſtructa: ⁊ in illo vmbraculo latebant perſone laruate que ad vocē excitantis exibant ad geſtus ⁊ ludos faciendos. ¶ Et hinc ſcena dicit̄ quādoq̧ totū theatrū: quandoq̧ dicit̄ recitatio ſcripture: quādoq̧ ipſa ſcriptura vel allocutio diuerſaꝝ perſonaꝝ: vel diſtinctio ſcripture que ibi fuerat recitata. Unde ſcenicus ca. cum. hinc ſunt dicti ſcenici qui faciebant ludos vel geſtus in theatro vel qui recitabāt ibi ſcripturā. Uel ſcena eſt domus vbi poete ſolebāt recitare libros de nouo cōpoſitos. ¶ Conſtrue. Tu dicas etiam eſſe cibum id eſt prandium: qꝫ pro ⁊: ⁊ dicas ſcenam eſſe theatrū. Hoc theatrū tri. dr̄ de theorare qḋ eſt videre. i. ſpeculum vel locus in quo homines ſtantes vel ſedentes poſſunt bene videre ⁊ audire geſta facta ⁊ recitationes aliquoꝝ cantantiū legentium vel ludentiū. ¶ Theatrū tri. eſt lupanar vel proſtibulū: qꝛ ibi poſt ludos tranſactos proſtituūt meretrices. Unde theatritus a. um. ⁊ hic ⁊ hec theatralis et hoc le. aliquid pertinens ad theatrum.

Cyclas

Cyclas mantellus ſimul ⁊ maris inſula cyclas

¶ Hic autor ponit equiuocationē iſtius dictionis hec cyclas adis. penultima correpta: dicens q̄ equiuocat̄ ad duo. Nā idem eſt q̄ mantellus li. Ut induit me dn̄s cyclade. i. mantello. ¶ Cyclas dr̄ inſula mariꝫ: qꝛ rotunda eſt. Et dicit̄ a cyclon quod eſt rotundū. Sunt eñ cyclades rotunde inſule. ¶ Conſtrue. Cyclas eſt mantellus ſimul id eſt eſt inſula maris.

Coclea

coclear

Dic cocleam turris ſcalam / teſtam quoqꝫ piſcis
Eſt coclear proprie quo pultes ponis in ore

¶ Hic ponit autor equiuocationē iſtius dictiōis hec coclea clee. q̄ equiuocat̄ ad duo. Et inde ponit dr̄iam inter cocleam ⁊ coclear. Dicit ergo q̄ coclea eſt ille gradus quo aſcendimus turrim (anglice a woyndyng or a tourngrece) et ſit multociens in eccleſijs ⁊ fere in omni campanili lapideo. Et dr̄ alio nomine teſtudo dinis. ¶ Coclea eſt teſta cuiuſlibet piſcis qui conchā habet vt oſtrea ⁊ muſculus: ⁊ alia cochilia: id eſt omnes piſces habentes concas. ¶ Et coclear eſt inſtrumentum quo legumina noſtra comedimus et ſorbemus (anglice a ſpone) Et nota q̄ pultes ponitur ibi pro omni cibo comeſtibili cū coclearibus ¶ Conſtrue. Dic cocleaꝫ eſſe ſcalā turris: qꝫ pro ⁊: dic cocleam eſſe teſtā piſcis Sed coclear proprie eſt illud cū quo ponis pultes in ore tuo. ¶ Et hec coclea ab hic cyclus dicit̄ quod idem eſt quod circulus.

Colūbar

Columbar colli vinculum collitqꝫ foramen
Da columbar aui / da collo / da quoqꝫ naui

¶ Hic ponit autor equiuocationē in iſta dictione hoc columbar aris. dicens q̄ hoc columbar eſt quoddā vinculum quo colla boū ligant̄ (anglice a yocke) ⁊ dr̄ hoc collū li. ¶ Colūbar eſt foramen colliſtrigij quo collū alicuius malefacientis conſtringit̄. Et eſt colluſtrigiū (anglice a pyllery) Et dicitur de hoc collum li. ⁊ ſtringo is. qꝛ ſtringit collū. ¶ Columbar eſt domus columbaꝝ vel foramen in quo columbe nidificāt (anglice a douue hole) ⁊ tūc ſimpliciter ſcribit̄ et corripit primā ſyllabaꝫ co/ ſic ſcriberet̄ ibi niſi neceſſitas metri aliter cogeret

¶Columbar eſt foramen in nauicula ꝑ qđ remus exit cū remigat̄ in mari vel fluuio. ¶Conſtrue. Colūbar eſt vinclū colli: ſupple bonis (vinclum pro vinculum ꝑ ſyncopā cauſa metri) q2 vinculū nō pōt in tali verſu poni. qꝫ pro ⁊. ⁊ colūbar eſt foramen colli in quo collum ponitur in colliſtrigio. Da aui .i. columbe columbar .i. foramen. ⁊ da collo columbar .i. vinculum vel foramen. ⁊ da naui columbar .i. foramen per quod remus exit.

Equiuoce piſcem cum teſta concha figurat. **Concha**

¶hic autoꝛ docet ꝙ hec dictio concha ſignificat aliqñ piſcem q̄ interius latet in teſta: vt piſcis/oſtria/concha: ⁊ oēs piſces ſitꝫ in teſtis (anglice a welke and all maner of chelfyſſhe) pōt dici. ¶Aliqñ ſignificat teſtā tm̄. Uel concha ſignificat aliqñ piſcem ⁊ teſtam ſimul. Et aliqñ teſtam ſine piſce. ⁊ ſic equiuocatur concha ad duo. Conſtructio patet.

Confraga dicuntur loca quo ſe flamina frangūt **Cōfraga.**
Confraga ſunt etiam quo roboꝛa ceſa reſidunt. terris

¶hic autoꝛ docet equiuocationē iſtius dictionis confraga oꝝ: dicens ꝙ equiuocat̄ ad duo. Et dicit ꝙ cōfraga ſunt loca eminētioꝛa ⁊ altioꝛa in rupibus ⁊ montibus que pulſant̄ cōtinue vt ventoꝝ ⁊ flaminū. ¶Itē confraga ſunt illa loca in ſyluis vbi arboꝛes ſecte iacent ex tranſuerſo viarū in tpe guerrarū: ne equitates poſſunt tranſire. Item confraga đr de cōfringo gis. ⁊ illud de con ⁊ frango gis. Declinat̄ cōfragus a. um. ⁊ ponitur ibi ſubſtantiue. ¶Conſtrue Confraga dicunt̄ loca ſcꝫ in montibus quo .i. vbi flamina .i. venti frangunt ſe. ſcꝫ faciendo magnū ſonū: ſonitū vel tumultū. Etiā cōfraga ſunt illa loca in ſyluis. quo .i. vbi. roboꝛa .i. magne arboꝛes vel magna ligna ceſa .i. ſecta ab hominibus: reſidunt .i. reſident .i. remanent. ¶Nota ꝙ melioꝛ littera (vt mihi videt̄ reſcidunt vel reſidunt.

Eſt mēſura coꝛus: vētus choꝛus: ⁊ choꝛus agmē. **Choꝛus**
Ac inſtrumentum fitqꝫ choꝛea choꝛus
Eſt menſura choꝛus triginta manens modioꝝ.

¶hic autoꝛ docet ꝙ hic choꝛus habet q̄tuoꝛ ſignificatiōes. Nā eſt quedā menſura continens triginta modios. ¶Coꝛus eſt qdā vētus collateralis zephiro (anglice a weſte wynde) ⁊ tunc coꝛus ꝓducit pꝛimā ſyllabā ſine aſpiratione: Lucanus. Non coꝛus in illū ius habet aut zephirus. Boetius in pꝛimo lib. de cōſo. metro tercio. Ut cū ꝑcipiti glomerant̄ ſydera coꝛus. In alijs ſignificationibus coꝛripit pꝛimā ſyllabā. ¶Itē choꝛus .i. ſocietas vel comitiuam vel multitudo in ſacris collecta. Unde in hymno ſcribitur. Quod choꝛus vatum. ⁊c. .i. multitudo ꝓphetaꝝ. ¶Itē choꝛus eſt inſtrumentū muſicū: vt quidā dicūt (anglice a crowde). ¶Conſtrue. Coꝛus eſt menſura. ⁊ ſic de alijs. ¶hoc agmen inis .i. ſocietas.

Coꝛna gerit coꝛnus/pecudū ſunt coꝛnua coꝛnu. **Coꝛnus**
Militis eſt quando pꝛoperat ſua bella gerendo. **Coꝛnu**

¶Autor docet hic differentiā inter hoc cornum ni. corna ⁊ hic cornus ni ⁊ hoc cornua nuū: ⁊ hoc cornu indeclinabile in ſingulari: in plurali hec cornua nuū. Dicens ꝙ cornua ſunt fructus corni (anglice a heppe.) Et cornus eſt quedā arbor portās ea (anglice a heppe tree) vt quidā dicunt. ¶Et cornua ſunt pecudū .i. animaliū cornutoꝝ (anglice horns): vt boum ouiū ceruoꝝ ⁊ damarū: ⁊ ſimilium animaliū ¶Sed hoc cornu nu. indeclinabile. ⁊ eſt illud inſtrumentum in quo miles flans ſocios ſuos cōgregat ad preliū progreſſuros. Hug. dicit ꝙ cornua vocant᷑ extreme ꝑtes antennaꝝ maioꝝ finiū que ſunt in naui. et cornua ſunt extreme ꝑtes exercitus q̄ forte ſunt ad modū cornuū aīalis. ſed magis proprie in hac ſignificatiōe inuenit᷑ hic cornus nus. quarte declinationis. ⁊ pro cornu militis ſimiliter. Sed cornu indeclinabile in ſingulari: et cornua in plurali proprie ꝑtinent ad aīalia. Uñ Corna. ⁊c. Militis eſt cornu cū ſua bella parat. Et iſte verſus magis placet. Et cornu dr̄ de caro carnis ni.

Crudus

Crudelis nouus/incoctus/notat hec tria crudus

crudelis

¶hic autor docet ꝙ crudus a um. habꝫ tres ſignificatiōes. Primo .i. crudelis Ouidius. Cruduſqꝫ rotabit᷑ hectreus .i. crudelis hectreus qđ eſt ꝓpriū nomen viri. Et crudus .i. nouus. Unde in alexandreidos. Uulneribus crudis et corde tumentibus egre. Inſum. ⁊c. crudis .i. nouis. ¶Et eſt incoctus Juuenalis. Crudū panē in balnea portat .i. incoctū panē. Uel iſte carnes ſunt crude .i. non cocte. ¶Crudus da. dū. a cruor oris. dr̄: cruor .i. ſanguis. ¶Conſtrue. Crudus notat hec tria crudelis/nouus/incoctus.

Cunā.

Cuna ſubeſt terris/ſed ſunt cunabula cune

cunabula

¶hic ponit autor differentiā inter hec cuna ne. ⁊ he cune naꝝ. dicēs ꝙ hec cuna ne. eſt foramē ſub terra in quo caniculus dr̄ hītare. Sed he cune naꝝ. dicuntur ipſa cunabula que ſunt lecti infantiū. Et hoc ideo ne iacentes cū matribus eorūdem ſuffocent᷑ in ſomno. Cunabula. de hec cuna ne. dicunt᷑. ¶Conſtrue. Cuna .i. tale foramen ſubeſt terris. Sed cuna naꝝ. in plurali numero ſunt cunabula .i. tales lecti.

Currus

Curriculus paruus currus paruus quoqꝫ curſus

curriculus
cursus

¶hic curriculus li. hꝫ duas ſignificatiōes. Nā idē eſt ꝙ paruus currus: ⁊ tunc eſt diminutiuū de hic currus rus. rui. i. vehiculū (anglice a chare. Itē curriculꝰ eſt paruus currus ſm̄ iſtū autorē. Priſcianus tñ dicit hoc curriculū li. vite hoīs breui tpīs ſignificare. Et ſctā eccleſia hoc approbat dicēs. Poſt huius vite curricula. ¶Conſtrue. Curriculus eſt paruus currus. ⁊ tñ a curſu vult fore curriculus. hic dicit autor ꝙ nō obſtante ꝙ curriculus ſit idē quod paruus currus tamen illud diminutiuum deriuatur de hic curſus ſus ſui. ¶Conſtrue. Et tamen curriculus vult fore videlꝫ diminutiuū de hic curſus. Genitiuo huius curſus. Datiuo huic curſui.

Cauillo

Perfero cum fallo/duo denotat atqꝫ cauillo.
Sed cauo dat primum/caluio dat reliquum.

capio
decipio

¶hic autor docet ꝙ cauillo las. habet duas ſignificationes. Nā cauillare idē qđ ꝑforare: ⁊ tunc dr̄ de cauo as are. qđ idē eſt q̄ cauū facere. ¶ Item cauillare idem eſt qđ fallere: ſed tunc dicit̄ de caluo uis. uere. tercie ꝯiugationis qđ idē eſt q̄ fallere. Uñ quidā dixit. Si nō vis calui fugias conſortia calui .i. ſi nō vis calui .i. decipi fugias cōſortia .i. cōmunā calui ſcȝ hoīs: q2 tales ſūt decipientes ⁊ fallantes. ¶ Conſtrue. Hoc verbum cauillo las. denotat .i. ſcat iſta duo verba ꝑforo qđ idē eſt q̄ cauere: ⁊ fallo qđ idem eſt q̄ decipere. Sȝ cauo q̄n idē eſt qđ ꝑforo dicit̄ de cauo as. id eſt deriuat̄ de eo. ⁊ q̄n cauillo eſt idē qđ fallere ſiue decipere, deriuat̄ de caluo is. qđ idem eſt q̄ decipere.

Cancello ſcribo/cancello grammata ſindo
Cancelloqȝ meas in cruce pono manus

7 Cancello
crux

¶ Hic autor docet q̄ cancello las. habet tres ſignificationes. Nam cācellare idē eſt qđ ſcribere. vñ hic cancellarius rij. Et idē eſt qđ fingere lr̄as ſicut patet in litteris cācellatis .i. falſis. ¶ Item cancellare eſt tranſponere manus in modum crucis. Uñ dr̄ Ipſe cancellatis manibꝰ adorauit. ¶ Conſtrue. Ego cancello dum ſcribo: ⁊ ego cancello duȝ ſindo ideſt ſcindo grāmata ideſt litteras qȝ pro ⁊: et ego cancello manus meas dum pono .i. tranſpono in cruce ideſt in modum crucis.

Dat cano laudare/dat ſcribere vaticinari

Cano

¶ Hic docet autor q̄ cano nis. cecini canere habet tres ſignificationes: Nam idem eſt quod laudare. Ut ibi. Regē ſcurra canit. ſcurra .i. ribaldus canit id ē laudat. ¶ Et canere idē eſt quod ſcribere. id eſt deſcribere. Unde Uirg. Arma viruſqȝ cano. id eſt deſcribo metrice. Et eſt idē q̄ vaticinari id eſt prophetare Ut. Uera ſybilla canit ideſt ſybilla ꝓphetiſſa canit .i. vaticinat̄ vera .i. ea que ſunt vera. ¶ Conſtrue. Cano dat .i. ſignificat laudare ⁊ ſcribere ⁊ vaticinari. Et declinat̄ cano canis cecini canere cantum tu. in ſupinus.

Carpo viam/lanam/flores/vicium viciosos

Carpo

¶ Hic docet autor q̄ carpo pis. hȝ quattuor ſignificationes. Nā carpe idē eſt qđ capere. Uñ hic Ouidius. Lōgas carpſere vias .i. carpſerūt .i. ceperūt lōgas vias capere. Et eſt idē q̄ parare lanā (anglice a teeſe) Uñ Lucanꝰ. Lanā carpſere puelle. Item carpere eſt colligere: vt volo carpere flores id eſt colligere Unde Horatius. Et aliquid plenis pomeria carpere ramis. carpere eſt ibi colligere. ¶ Et carpere eſt idē qđ rep̄hendere: vt carpo vitium ⁊ vitioſos .i. reprehendo. Carpo eſt actiuū ⁊ declinat̄ Carpo pis. pſi. carpere carptū tu. in ſupi. ¶ Conſtrue. Ego carpo .i. capio viā: carpo lanā .i. paro cū manibus: carpo flores id eſt colligo: carpo vitium ideſt, vitioſos id eſt reprehendo vitium: carpo vitioſos .i. corripio vitioſos. Et ſic, carpo habet quinqȝ ſignificationes.

Cedo tibi ceſſi faciet: de cedo cecidi

Cedo

¶ Hic docet autor q̄ cedo habet duas ſignificationes. Nam idē eſt qđ dare locum: ⁊ tunc eſt verbum neutrum: ⁊ conſtruitur cum datiuo caſu: vt Maiori cede id eſt da locum maiori. ⁊ tunc facit preteritum ceſſi: ⁊ in ſupino ceſſum.

¶ Item cedo eſt actiuū: ⁊ tunc ſignificat hec tria q̄ patēt per verſum. Signat cedo necat/interficit atq; flagellat. Et tū exigit actiū poſt ſe: vt cedo .i. flagello te: vel verbero te: ⁊ facit preteritū cecidi penultima correpta ⁊ ceſſum ſu. in ſupinis. ¶ Et nota hic alium verſum de ſignificatiōe ipſius. Verbero/ſcindo/neco/notat hec tria cedo cecidi. ¶ Conſtrue. Si dico cedo tibi: tūc cedo facit ceſſi in preterito. Si dico cedo te: tunc faciet cecidi.

celo celas
celtes

Hoc verbum celo notat iſta duo tego ſculpo
A pꝛimo celum/celtes de poſterioꝛi.

¶ Hic autoꝛ docet q̄ celo as hꝫ duas ſignificatiōes. Nā idē eſt q̄ tegere: ⁊ tūc de eo deriuat̄ hoc celū li. q2 celat terrā .i. tegit. Vel q2 celat .i. tegit ſupioꝛa ab inferioꝛibus. ¶ Item idē eſt quod ſculpere: ⁊ tūc deriuat̄ ab eo celtes tis. quoddam inſtrumentū ferreū aptum ad ſculpendum (anglice a cheſell) Unde Job Quis michi det vt exarent̄ ſermōes mei in libro ſtilo ferreo ⁊ plumbi lamina vel celte ſculpant̄ in ſilice. Antique tn̄ biblie hn̄t certe ⁊ nō celte. ¶ Conſtrue. Hoc verbū celo as. notat hec duo ſcʒ tego is. texi tegere tectum tu. ⁊ ſculpo pis ſculpſi ſculpere ſculptū tu. in ſupinis. Celum venit .i. deriuat̄ a pꝛimo .i. a celo/ q̄n idē eſt q̄d tegere. Celtes venit .i. deriuat̄ a poſterioꝛi: id eſt de celo q̄n idē ē q̄ ſculpere. Celo as. verbū actiuū: ⁊ pōt conſtrui cum duplici actō.

Cliuus
Cleo cles
cloaca
cliens

Gloꝛioꝛ inclino/cleo cles/⁊ ſoꝛbeo ſignat
Hinc quia ſoꝛbet aquas nos dicimus eſſe cloacam
Gloꝛioꝛ hinc clerus/cleo cles inclino cliens dat
Cliuus ⁊ herculeum/dant lis ⁊ gloꝛia nomen

¶ Hic autoꝛ docet q̄ hoc verbū cleo cles cleui ere. eſt equiuocū ad tria: ⁊ habꝫ tres ſignificationes: ⁊ ſcḿ quālibet ab illo deriuant̄ noīa. Dicit ergo q̄ cleo es ſignificat iſta tria videlʒ glorioꝛ .i. gaudere ⁊ inclinare ⁊ ſoꝛbere. Et q̄n idē eſt q̄d ſoꝛbere tūc deriuat̄ ab eo hec cloaca ce. Et eſt cloaca ille locus q̄ cōmuniter frequentat̄ ad requiſita nature. ¶ Et cloaca eſt vnus puteus extra ciuitatem conſtitutus/ad quē omnes ſoꝛdes ville decurrūt per vias ſubterraneas/ Et cloaca dr̄ a cleo cles q̄d eſt ſoꝛbere: quia abſoꝛbet omnia immunda. ¶ Itē quando cleo eſt idem q̄d gloriari tunc deriuat̄ ab eo hic clerus ri. quia clerus ſemper debet gloriari in dn̄o ꝓpter beneficia ſibi collata ab eo. ¶ Item quando cleo eſt idē q̄ inclinare (anglice to bo we) tunc dr̄ ab eo hic ⁊ hec cliens tis .i. miniſter vel ſeruus. Et apud modernos: ⁊ nos ſaltem cliens dr̄ legiſta: ille qui placitatur pro aliquo apud weſtmon̄. in legibus regni: alio noīe ſyndicus legum. ¶ Itē hic cliuus ui. eſt collis vel mons ſcḿ q̄ conſideratur in deſcēſu (anglice the hangynge of an hylle). Itē dicit hic autoꝛ q̄ lis et gloria dant id eſt deriuant hoc nomen herculeum id eſt hoc nomen hercules Quod dictum ſic intellige q̄ hoc nomen hercules componit̄ de her grece q̄d eſt lis latine ⁊ cleos grece q̄d eſt gloria latine. Unde hercules quaſi glorioſus in lite: q2 ſemper in lite id eſt in bello de hoſtibꝰ triumphauit. Et ſic lis ⁊ gloria. her ⁊ cleos dāt id eſt deriuāt nomen herculeum .i. hoc nomē hercules. ¶ Cleo cles etiā componitur cum oda q̄d eſt laus. Un̄ dr̄ hoc clenodiū dij .i. glorioſa laus ſeu donū vel datū laude dignū ſeu glorioſum id eſt iocale: vt in vita triū regum. ca. iiij. Clenodia ditiſſima de indea poꝛtare fecerūt. ¶ Conſtrue. Cleo cles ſignificat glorior aris. inclino as. ſorbeo bes. Et hinc nos dicimus cloacã eſſe qꝛ ſorbet aquas ⁊ nos dicimus cleros a cleo cles qđ eſt idẽ ꝙ glorior aris. Et cleo cles idem eſt qđ inclino: ⁊ tunc dicitur ab eo deriuari hic ⁊ hec cliens tis. ⁊ hic cliuus ui. Reliquum exponitur ſuperius.

Cenſeo computo / cenſeo nuncupo / cenſeo mores **Cenſeo**

Autor hic docet ꝙ cenſeo ſes. habet tres ſignificationes. Nam cenſere eſt idem ꝙ computare/numerare. Unde recenſeo es: qđ facit recenſitũ tu. in ſupino: penul. correpta: ⁊ eſt idẽ ꝙ numerare. Et recenſio ſis. ſiui. ſire. in eadẽ ſignificatione qđ facit recenſitũ tu. media producta quarte ↄiugationis. Unde verſus. Uaſa recenſita ſed poma recenſita dicas. Primũ recenſita producit penul. qꝛ eſt participiũ de recenſior iris. recenſitus ſum iri. qđ eſt verbũ quarte ↄiugationis. Sed ſcđm recenſita corripit penulti. qꝛ eſt participiũ de recenſeor eris. recenſitus ſum feri. qđ eſt ſecunde cõiugationis: ⁊ vtrũqꝫ idẽ eſt ꝙ numerare. Item cenſere eſt nuncupare. vt quo noīe cenſeris vel nũcuparis. Et cenſere id eſt iudicare: ⁊ ꝓprie de moribus. vñ hic cenſor oris. i. iudex. Unde Galterus in alexandreidos lib. primo. Muneris arguit accepti cenſor iniquus. Conſtrue. Ego cenſeo dũ cõputo ⁊ ego cenſeo dũ nuncupo: ⁊ ego cenſeo dũ iudico mores. Et cõiugatur cenſeo es. ſui. ere. ſitũ tu. penultima correpta. Unde verſus. Cenſeo dat cenſum: ſed itum ſua compoſitiua. vt recenſeo recenſitum: penultima correpta. Et cenſeo eſt verbum actiuũ.

Tusler

Dat crepo rũpo ſono culpat ſonat īcrepo ſignat. **Crepo**

culpa

clamis 81

hic autor docet ꝙ crepo pas. habet duas ſignificationes. Et increpo pas. ſuum compoſitum habet duas ſignificationes. Crepo as eſt idẽ qđ rumpo pis. vnde. Ille ſuſpenſus crepuit medi⁹. i. ruptus fuit. Et eſt idẽ qđ ſono as. vñ Crepuit ſeuis vngula campo. Item ſic increpo as. eſt idem qđ culpo as. vñ Ouidius. Increpet vſqꝫ licet tua cum tua dicar oportet. Licet increpet. i. licet culpet. Et eſt idẽ ꝙ ſono as. Unde illud. Increpuitqꝫ lira. i. ſonuit. Conſtrue hoc verbum crepo dat. i. ſignificat rumpo pis. a ſono nas. ⁊ increpo pas pui. pare. pitum. pitu. pans. piturus. verbum neutꝛ. Rumpo pis. rupi rumpere ruptum ruptu in ſupino: verbũ adiectiuũ. Sono nas. ſonui nare. ſonitum tu in ſupinis verbũ neutꝛ. Increpo increpas increpaui increpare increpitum tu. vel increpatum increpatu in ſupinis verbum actiuũ.

Qui fallit verbis aliquem circumuenit ille **circũuẽio**
Et circũuento dum circundo loca multa

hic docet autor ꝙ circũuenio nis. eſt equiuocũ ad duo. Nã idẽ eſt qđ decipio pis. vel fallo fallis vt hic. Iſte ſua multas circũuenit arte puellas. circũuenit. i. decipit vel fallit. Item circũuenire eſt idem qđ circuire. Unde Horacius. Multa ſenẽ circũueniunt incõmoda. i. multa incõmoda circundãt ſenem hominẽ. Conſtrue. Ille circũuenit aliquẽ qui fallit cum verbis ſuis: ⁊ ego circũuenio loca multa dũ circũdo ea. Fallo declinat̃ ſic. Fallo lis. fefelli fallere falſum ſu. in ſupinis. actiuũ eſt. Circũuenio nis. penulti. correpta. circũueni penultima producta circũuenire circũueniẽdi do. dũ. circũuentũ tu. verbũ actiuum. Circũdo das. circũdedi penultima correpta circũdatũ tu. penultima correpta actiuũ eſt. Circũuenio cõponit̃ de circũ ⁊ uenio.

4

Cogo Hec duo ſignificat cogit compellit adunat

¶ hic docet autoꝛ ꝙ cogo gis. habet duas ſignificationes. nam idē eſt ꝙ cōpellere: vt aliquis cogit me facere qđ poſt penituit me feciſſe. Et ibi. Currere cogit equū ſub milite calcar acutū: cogit ibi .i. cōpellit. ¶ Itē cogere eſt adunare id eſt colligere vel congregare vt ibi. Tytire coge pecus. coge .i. collige vel aduna. ¶ Itē Alanus in anticlaudiano lib. primo. Grāmatice ꝑtes diſſutas cogit in vnū. cogit ibi eſt colligit. ¶ Conſtrue. Cogit ſignificat hec duo ſcꝫ cōpellit ⁊ adunat. Et cōiugaꝶ ſic. Cogo cogis coegi cogere coactū tu. in ſupinis verbum actiuū. Et componiꝶ de con/ ⁊ ago agis. Sed compellit coniugaꝶ ſic Compello lis. compuli compellere compulſum ſu. in ſupinis: componitur de con/ ⁊ pello pellis.

Colo lis Agros/ rus/ foꝛmā/ ſuperos colit atqꝫ parentes
Hos arat/ hic habitat/ oꝛnat/ honoꝛat/ amat

¶ hic docet autoꝛ ꝙ colo lis. habet quinqꝫ ſignificationes.: vt ego colo ciuitatem .i. habito. Colo terrā .i. aro terrā. Colo foꝛmā .i. orno. Colo deū .i. veneroꝛ. Colo parentes id eſt diligo parentes. ¶ Conſtrue. Aliquis colit agros id eſt arat hos agros. Et aliquis colit rus id eſt habitat hoc ſcꝫ rus. Et aliquis colit foꝛmam .i. oꝛnat eā. Et aliquis colit .i. veneraꝶ ſuꝑos ideſt ſanctos Atqꝫ pro et ⁊ aliquis colit parentes .i. amat eos. Colo flectitur ſic. Colo colis colui colere cultum cultu. in ſupinis: actiuum eſt. Sed quādo eſt idem quod arare vel habitare tunc eſt neutrum.

ꝯmēdare. Cōmendat/ laudat/ in tutelam quoqꝫ mandat

¶ hic autoꝛ docet ꝙ cōmendo das. habet duas ſignificationes. Nam idē eſt qđ laudare: vt commēdo foꝛtia facta .i. laudo. ¶ Itē cōmendare idem eſt qđ in tutelam dare. Ut cōmendaui tibi res meas id eſt in cuſtodiam vel tutelā dedi: vel mandaui res meas vobis: vt ibi. In manus tuas dn̄e cōmendo ſpiritū meū: cōmendo id eſt tutelā mādo tibi. ¶ Cōſtrue. Aliquis cōmendat dū laudat: quoqꝫ pro ⁊: ⁊ aliquis cōmendat dū mandat aliquid in tutelam. Cōmendo das. verbum actiuum. Et componitur de con/ ⁊ mando das. ⁊c̄.

Cōmitto. Committo iungo/ pecco/ trado/ facioqꝫ

¶ hic docet autoꝛ ꝙ cōmitto tis. habet quattuoꝛ ſignificationes. Nam idem eſt qđ cōiungere. Ut ille cōmittit tabulas .i. iungit. ¶ Et cōmittere eſt peccare: vt ibi. Grecia commiſit quando pro vellere miſit. commiſit ibi id eſt peccauit. Uel vt ibi. Sentit adhuc proles quod cōmiſere parentes: cōmiſere .i. peccauerunt. ¶ Et committere eſt tradere. Ut vnus dominus commiſit michi beneficium .i. tradidit. ¶ Item committere eſt facere: vt iſte commiſit plura bona .i. fecit. ¶ Conſtrue. Ego committo id eſt iungo. ⁊c̄. Committo tis. miſi. mittere commiſſum ſu. in ſupinis verbum actiuum: niſi quando idem eſt qđ peccare. ⁊ tunc eſt verbum neutrum: ⁊ componitur de con/ ⁊ mitto tis.

Cōpono Componit/ ſedat/ ſepelit/ facit/ oꝛnat/ adunat

Compono rurſum cū paruis comparo magna

cōponere

comparo

¶ hic dicitur ab autore ꝙ cōpono nis habet ſex ſignificatiōes. Nam idem eſt qđ ſedare id eſt pacificare. vt ille miles neſtor feſtinat cōponere .i. ſedare lites. Unde Horatius. Si neſtor componere lites. Inter pelidē feſtinat. ⁊ inter atridem .i. agamenonem regem grecie. ¶ Item componere eſt ſepelire. vt ille eſt compoſitus in ſepulcro id eſt ſepultus. ¶ Et componere eſt ornare. vt iſta mulier eſt bene compoſita id eſt bene ornata. ¶ Item componere eſt adunare vel comparationem facere vel ſimilationem: vt iſte componit magna paruis: id eſt comparat magna paruis: ſimilat magna paruis: vt compono te tibi. id eſt ſimilo te tibi. ¶ Conſtrue. Conſtructio ſatis leuis eſt. Compono nis. compoſui componere compoſitum tu. verbum actiuum. Et componitur de con. ⁊ pono ponis poſui ponere.

Comparo dum ſimilo/comparo ſignat emo

Cōparo

¶ hic autor docet ꝙ comparo comparas habet duas ſignificationes. Nam idem eſt ꝙ ſimilare. Ut comparo te bono viro .i. ſimulo te bono viro. Uñ Gaufridus. Comparat exemplis prouerbia ſola venuſtas. ¶ Et comparare idem eſt qđ emere. Unde in euangelio. Uendidit omnia que habuit et comparauit ſibi agrum id eſt emit. Comparo comparas eſt actiuum. Et componitur de con. ⁊ paro paras.

Conditur vrbs/conditur olus/ſed conditur auꝝ.

Condere.

¶ hic docet autor ꝙ conditur eſt equiuocum ad duo. Deinde ponit differentiam inter conditur (cuius media corripitur) ⁊ conditur cuius media producitur Dicēs ꝙ conditur cuius media corripitur eſt idē qđ fit vel eſt factū. vt vrbs conditur id eſt fit vel eſt facta. ¶ Item conditur media correpta id eſt abſconditur. vt aurum conditur .i. abſconditur. Uel vt hic. Luſtris conditur vrſa ſuſis. id eſt abſconditur. Sed conditur cuius media producitur eſt idem qđ ſapit vel eſt ſapidum. vel eſt factum ſapidum. Et hoc eſt melius: vt olus cōditur id eſt factū eſt ſapidum. Unde alibi dicitur. Ut ſit condita. bene condita creditur eſca. Et ibi eſt differentia inter condita cuius media producitur. ⁊ cōdita cuius media corripitur. Condita cuius media producitur eſt idem ꝙ ſapida. Condita cuius media corripitur eſt idem ꝙ facta. ¶ Unde Conſtrue. Eſca creditur cōdita id eſt facta: vt ſit bene condita .i. bene ſapida. ¶ Conditur vrbs. Condor deris. conditus ſum condi. eſt paſſiuum cuius actiuum eſt condo dis. condidi. condere conditum conditu in ſupinis media correpta. Et eodem modo coniugatur conditur quod idem eſt quod abſconditur. Et vtrumqꝫ eſt paſſiuum. Et vtrūqꝫ condo ſcꝫ pro facere et abſcondere componiꝛ de con. ⁊ do das dedi dare. Sed conditur cuius media producitur eſt paſſiuum cuius actiuū declinaꝛ. Condo dis. diui. dire. conditum tu in ſupinis media producta. Et eſt verbum quarte coniugationis.

Conduco thalamos/caros conduco ſodales
Conducitqꝫ meis hec medicina malis

Conduco

¶ Hic docet autor ꝙ ꝯduco cis. habet tres ſignificationes. Nam conduco .i. mercede inducere. Vñ in euãgelio dr̃. Quia nemo nos ꝯducit. Et nota dr̃iam inter ꝯducere ⁊ locare. Ille locat hoſpitiũ qui preciũ accipit de eo (anglice take rente or hyre. Ille ꝯducit qui preciũ pro eo dat. Vñ ſcholares conducũt hoſpitia: ⁊ burgenſes locant ea. Verſus. Qui locat ille capit: ꝗ ꝯducit preciũ dat. Vñ ꝯductiuus a. um .i. equus ꝯductionis. Item conducere eſt ſimul ducere vt conduco ſocios .i. ſimul duco. Item conducere eſt ꝯuenire: vt hec medicina ꝯducit malis meis .i. conuenit malis meis. ¶ Conſtrue. Ego duco thalamos .i. cameras ⁊c̃. Conduco cis. duxi. cere. ꝯductũ tu. in ſupinis. verbum actiuum niſi quando eſt idem qđ conuenit: ⁊ tunc eſt neutrum ⁊ componitur de con. et duco ducis. duxi. ducere.

Conficio. Conficiunt medici/reges/ſacriq; miniſtri
Hi miſcent/ſuperant illi/ſacrantq; ſacriſte

¶ Hic docet autor ꝙ conficio habet tres ſignificationes. Nã ꝯficere eſt idem qđ miſceri: vt medici ꝯficiũt electuaria .i. miſcẽt (anglice mengled. ¶ Et ꝯficere eſt ſupare. vt reges ꝯficiũt hoſtes .i. reges ſuperant hoſtes. Vñ Galterus in alexandreide. Confecit falſos confiſa in carne miniſtros. ꝯfecit .i. ſupauit vel tormẽtauit. ⁊ ſic conficere eſt tormentare. Itẽ ꝯficere eſt ſacrare: vt pbr̃i ꝯficiunt corpus xp̃i. ¶ Conſtrue. Medici ⁊c̃. ꝯficio cis. feci. ficere. fectum tu. in ſupinis actiuũ eſt. ⁊ ꝯponitur de con. ⁊ facio facis.

Cõuenio. Conuenit accipitur pro pangit/⁊ aſſimilatur
Pro coit atq; decet/compellat ineſt ⁊ oportet.

¶ Hic autor docet ꝙ ꝯuenire habet ſeptẽ ſignificationes. Nã idẽ eſt ꝙ pangere .i. paciſci (anglice to make couenaunt) vt in euãgelio. Nonne ex denario cõueniſti mecũ .id eſt pepigiſti. Et idem eſt ꝙ aſſimilari. vt iſte pannus conuenit illi .i. aſſimulatur. vt ſic Tui mores conueniũt ſibi .i. aſſimulantur. ¶ Item idem eſt ꝙ coire id eſt ſimul venire. vt Conuenerunt in vnũ aduerſus ⁊c̃ .i. ſimul venerunt. Item conuenit idem eſt qđ decet. vt ibi. conuenit ire domum venienti veſpere nobis. conuenit ibi .i. decet. Item cõuenire .i. ineſſe: vt anima conuenit homini .i. ineſt homini. ¶ Et idem eſt ꝙ oportet vt conuenit magiſtrum legere librum vel lectionẽ .i. oportet. ¶ Et propter iſtas ſignificationes conuenire eſt idem ꝙ alloqui. Ut conuenio vos o iudei. Conuenire eſt congruere. vt ille non conuenit mihi .i. non congruit. ¶ Itẽ conuenire .i. exigere aliqđ ab aliquo vt cõuenio rem meam a te .i. exigo rem meam a te. Item cõuenire eſt adunare .i. colligere. vt conuenio pecudes .i. colligo in vnũ. ¶ Itẽ nota ꝙ conuenio pro iſtis quattuor ſignificatiõibus ſcʒ alloqui/exigere/adunare ad pliñ vocare eſt actiuum. in alijs ſignificationibus eſt neutrũ. ¶ Itẽ cõuenit pro oportet eſt impſonale. ¶ Itẽ ꝯuenit eſt idem qđ cõtingit. vt in Pamphilo. Conuenit vt noſtros queris quaſi neſcia caſus. Conuenio conuenis ꝯueni ꝯuenire cõuentum tu. et componitur de con ⁊ venio venis.

Corripio. Corripio breuio/caſtigo ſimul/capioq;

corripio
rapio

¶ Hic docet autor ꝙ corripio pis. hʒ tres ſignificatiões. Nã idẽ eſt ꝙ breuiare vt ibi. Uſqȝmodo ſicut caſus incōmodo leui. i. ſiniſtri caſus. Sūt ꝟba Hecube vt orantis Iunonē deam. Un̄ in carmine de troiano excidio. Qđ ſupeſt cū corripe fine breui. corripe. i. breuia. ⁊ dꝛ iſta ſyllaba corripiť. i. breuiatur. ¶ Et eſt idē qđ caſtigare. vt ibi. Corripe ſtultū ⁊ ipſe odio habebit te. Uel aliter. Corripias ſtultū te nō dimittit inultū. ¶ Et eſt idē ꝙ capere. ſimul capere. ¶ Corripio pis. pui. pere. reptum tu. in ſupino. verbum actiuum. ⁊ componitur de con ⁊ rapio rapis.

Conſtat id eſt emitur/permanet/eſtqȝ palam

Conſtare

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ conſto as. habet tres ſignificationes. Nā idē eſt qđ emere pro certo precio. Ut iſta res cōſtat tribus denarijs. vel ꝯſtat tanti. ¶ Nota ꝙ conſto as ſignificans preciū cōſtruiť cū gtō caſu vel abltō: vt equus cōſtitit mihi quadraginta ſolidis vel ſolidoꝝ. Et eſt idē qđ ꝑmanere: vt deus conſtat in eternū. ¶ Et cōſtat. i. palam eſt: ⁊ tūc multociēs eſt impſonale. vt Cōſtat ꝙ deus eſt. ¶ Conſtrue. Conſtat. i. qđ emitur: ⁊ ſic de alijs. Conſto ſtas. conſtiti. are. conſtitum tu. ⁊ raro cōſtatū tu. verbū neutrū eſt. Itē cōſtare. i. exiſtere: vt domus cōſtat ex tecto ⁊ pariete ⁊ fundamento. i. cōſtituta eſt. Et eſt idē ꝙ pſeuerare vt ille conſtat in propoſito. i. perſeuerat.

Conſulo conſiliū querens/pariterqȝ miniſtrans.
Conſulo te rogitans/tibi conſulo conſilium do.

Conſulo
conſilium

¶ Hic docet autoꝛ ꝙ cōſulo lis. eſt equiocū ad duo. Quia in vna ſignificatōe. i. querere conſiliū (anglice to aſke counſeyll) ab aliquo: ⁊ tūc cōſtruiť cū actō caſu ſignificante rem a quo conſilium queritur. vt cōſulo te ſuꝑ vno dubio. i. quero conſilium a te ſuꝑ re dubia. ¶ Et eſt idem ꝙ dare conſiliū. ⁊ tunc conſtruiť cū datiuo caſu ſignificante rem cui datur conſiliū. vt cōſulo tibi ne offendas deū. id eſt do tibi conſilium: ⁊ tūc eſt verbū neutrū. ſed qñ cōſtruiť cum accuſatiuo eſt verbū actiuum. ¶ Cōſtrue. Ego querens conſiliū conſulo. qꝫ pro ⁊ ego miniſtrans id eſt dans conſiliū conſulo te. Deinde docet quem caſum regit conſulo quando eſt idē qđ querere conſilium. Et quem caſum regit cōſulo quando eſt idem quod dare conſilium dicens. Ego rogitās. i. querens conſiliū conſulo te. Et ſic patet ꝙ in tali ſignificatione cōſtruitur cum accuſatiuo caſu. Et ego dans conſilium conſulo tibi. et ſic patet ꝙ in illa ſignicatione conſtruitur cum datiuo caſu. Conſulo lis. lui. ſultum tu.

Conſultoꝛ rogitat/conſultus conſilium dat

Cōſultoꝛ.
Cōſultus

¶ Autoꝛ hic docet differentiā inter hic cōſultoꝛ oris. ⁊ hic conſultus ti. dicens. ꝙ conſultoꝛ eſt ille qui querit conſilium. Sed cōſultus ti. eſt ille qui dat conſilium. Et pōt adiectiue declinari: vt conſultus a. um. ſapiens. ⁊ comparať conſultus tioꝛ. tiſſimus. Et etiam poteſt eſſe participium de conſuloꝛ eris: conſultus ſum. ¶ Conſtrue. Conſultoꝛ rogitat id eſt petit conſilium. ⁊ conſultus dat conſilium.

Argumentando tibi concludo te bene dico
Sed te concludo cum te in menia claudo.

Cōcludo
claudo

4

¶ Hic ponit autoꝛ ꝙ hoc verbuꝫ concludo habet duas significationes. Nam concludere est aliquẽ argumentando vincere ⁊ sic cõstruitur cũ actõ casu: vt concludã te .i. argumentãdo vincã te. ¶ Item concludere est aliquẽ claudere in domo vel in carcere vel in castro. ⁊ tunc est verbũ actiuũ ⁊ ꝯstruit᷑ etiã cum actõ casu. vt concludã te in domo ne posses exire. ¶ Construe. Ego dico bene ꝯcludo te argumentãdo tibi: scʒ tecũ: sed dico bñ cõcludo te: .i. claudo te inter menia .i. inter muros scʒ in domo / vel in carcere vel in castro. Item ꝯcludo is. clausi clausum su. componitur de con. ⁊ claudo dis.

Cõtendo. certo conor

Contendit certat / conatur / diuidit / effert.

¶ Autoꝛ docet hic ꝙ cõtendo dis habet quattuoꝛ significatiões. Nã cõtẽdere .i. certare vel litigare (anglice to stryue.) Vñ Catho. Contra verbosos noli cõtendere verbis. Et in tali significatiõe cõstruit᷑ cũ datiuo casu vel cũ ablatiuo mediãte ista ꝑpositiõe cũ. ita ꝙ ille datiuus vel ablatiuus significat rẽ cũ qua initur contentio. vt volo ꝯtendere tibi vel tecũ in fortitudine vtriusqꝫ nr̃. Et hoc idẽ facit certo as. qñ significat cõtendere. vnde in auroꝛa. Colli planicies cum albedine certat oleri. Siue niui nullo que pede trita fuit. Et loquit᷑ de albedine scẽ marie ṽginis. Dicit ꝙ planicies colli sui .i. collũ suũ certat .i. ꝯtendit oleri .i. cygno .i. cũ olere in albedine. Siue certat niui .i. cũ niue que nullo pede fuit trita .i. calcata. ¶ Et est conari. Ut iste cõtẽdit vincere .i. conat᷑ vincere. ¶ Et est diuidere. Vñ Hoꝛatius. Nõ qui si domo cõtendere callidus ostro. contendere id est diuidere. ¶ Itẽ idẽ est ꝙ excedere. Vñ Statius. Atqꝫ equũ menib' oꝛbẽ cõsilijs armisqꝫ potẽs cõtendit vlixes. Cõtendit .i. excedit. ¶ Construe. Cõtendit certat .i. aliqs cõtendit dũ certat. Et sic de alijs. Contendit ꝓ certare ⁊ conari est neutrũ sm̃ alias duas significatiões est actiuũ. ⁊ declinat᷑ cõtendo dis. cõtendi dere. cõtentũ tu. vel cõtensum su. in supinis. ¶ Item cõtendere est simul ire ⁊ simul tendere. ⁊ cõponit᷑ de con. ⁊ tendo dis. tetendi dere. qd facit tensum su. ⁊ tentum tu. in supinis secũ Hugu.

Versus de maria.

cõtingere

Contingit notat euentum / contingere tactum.

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ contingo gis. habet duas significatiões. Nam idẽ est ꝙ euenire: vt illud contigit mihi male .i. euenit vel accidit. Et in eadẽ significatione sumitur aliqñ impsonaliter: vt cõtigit nobis vel vobis ire in campos / vel contingit dũ irẽ in campos. ¶ Itẽ cõtingere .i. tangere. Ut illud factũ contingit ꝑsonã vestrã. ⁊ est verbũ actiuũ ⁊ cõstruit᷑ cũ actõ casu. Sed in illa significatione est neutrũ ⁊ cõstruit᷑ cũ datiuo. ¶ Construe. Hoc verbũ cõtingit notat tactum .i. idẽ qd tango gis. tetigi tangere. Et declinat᷑ cõtingo gis. contigi media correpta. cõtactum tu. in supinis. Et componit᷑ de con. ⁊ tango gis. tetigi / tangere.

Curo

Hec tria ~~signant~~ significat curo / medeoꝛ / volo / pasco.

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ curo as. habet tres significatiões. Nã curari est idem qd mederi vel sanare. vt medicus curauit egrũ .i. sanauit. Et curo est idẽ ꝙ volo .i. desidero. Vñ quidã. Qd ego desidero curo .i. curo illd qd ego desidero. Itẽ idẽ est quod pascere. Unde Catho. Familiam tuam cura .i. pasce. ¶ Cõstrue. Hoc verbum curo as. signat hec tria scʒ medeoꝛ / volo / pasco. Medeoꝛ eris. medicatus sum. mederi. verbum deponens. ⁊ caret circũlocutione preteriti. Sed acci pit mutuo a medicor aris. ¶ Paſco paſcis: paui paſcere paſtum tu. in ſupinis verbum actiuum. Et dicitur curo de hec cura cure.

Dactilus ē digitus: pes metricus ē quoqꝫ fructus Dactilus

digitus

¶ hic docet autor q̄ hic dactilus li. habet tres ſignificationes. Nam idem eſt qđ digitus. Dicitur eñ a dactylo grece qđ eſt digitus latine. ¶ Itē dactylus eſt quidam pes metricus conſtans ex vna longa precedente ⁊ duabus breuibus ſubſequentibus: vt gaudia. ¶ Item dactylus eſt fructus palmarū: quia ſimilitudinē digitorꝝ imitari videt̄ (anglice a date). ¶ Conſtrue. Dactylus eſt digitus ⁊ eſt pes metricus ⁊ eſt fructus.

Dragma melos pondus ſi dragme ſit genitiuus. Dragma
Queſtio ſit dragma cū dragmatis eſt genitiuus.
Dracma notās pōdus ſtateris ps quarta vocat̄. Dracma

¶ hic ponit autor equiuocationē in iſta dictione dragma. Et poſt ponit differentiā inter dragma me. feminini generis ⁊ prime declinationis. ⁊ hoc dragma matis. neutri generis ⁊ tercie declinatiōis. Dicēs q̄ hec dragma feminini generis ⁊ prime declinatiōis ſignat duo. Nam idem eſt q̄ hic melos lodis. vel hoc melos indeclinabile idest dulcis cantilena. vel dulcis modulatio (anglice a ſonge. Et ſic tali modo ſtat dragma ibi. vbi canit eccleſia. Frequētate nobis cantica dragmatis. dragmatis. i. dulcibus modulationibus. ¶ Itē hec dragma e. eſt quoddā pondus: vt ſcribit̄ Machabeorꝝ. Duodecim dragmas argēti miſit hieroſolymā. ⁊c̄. Vñ verſus. Dat ſcrupulus nummū. nūmos tres dragmatis ſed octo. Uncia dat dragmatis duodena: ſed vncia librā. ¶ Iſti verſus docet certa pondera. Scrupulus eſt pondus vnius nummi. Dragma eſt pondus trium nummorꝝ. Uncia eſt pondus octo dragmarum. ⁊ duodecim conſtituunt vnam libram. Sed hoc dragma matis. neutri generis ⁊ tercie declinationis eſt queſtio ſiue interrogatio. vnde quoddā genus loquendi dicit̄ dragmaticum: quia ſit interrogatiuū ⁊ reſponſiuum per perſonas introductas: vt in Therencio. ¶ Conſtrue. Dragma eſt melos. i. dulcis cantilena vel modulatio ⁊ pondus cum dragme ſit genitiuus eius. Et dragma ſit idem quod queſtio cum dragmatis ſit genitiuus. ¶ Dracma notans pondus ⁊c̄. ¶ Item docet autor q̄ dracma q̄ eſt pondus eſt quarta pars ſtateris. ¶ Et nota q̄ hic ſtater eris. ſcđm autorem iſtū corripit penultimā in genitiuo. Hugu. vero dicit q̄ producit penultimā in genitiuo. videlicet hic ſtater. Unde hec ſtatera remedia producta. Et eſt ſtatera lingua trutine. ¶ Stater ſtateris medietas vncie. Unde verſus. Recte dicetur ſtater vncia ſi medietur. Unde ſi vncia ponderat viginti quattuor denarios / medietas illius eſt duodecim denarij qui faciunt ſtaterem. Unde dragma eſt pondus trium denariorum. qui tres denarij ſunt quarta pars duodecim denariorum qui faciunt ſtaterem.

¶ Conſtrue illū verſum. Dracma notans. i. ſignificans pondus vocat̄ quarta pars ſtateris. Hugu. dicit q̄ dracma me. per c eſt quoddā pondus ſcꝫ octaua pars vncie. Sed hoc dragma tis. per g / tercie declinationis eſt queſtio ſicut ſuperius dicit. Sed prior littera magis placet.

Dictator notat officium / dictator honorem. Dictator

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ dictatoꝛ habet duas ſignificationes. Nam ſignificat illū qui dictat lr̄as vel exercet officiū dictādi. Sicut eſt ille q̄ dictat litteras papales: qꝛ tale officiū eſt in curia romana. ¶ Itē dictatoꝛ eſt nomē dignitatis: qꝛ dictatores olim dicebantur principes. Unde Julius ceſar dicebatur dictatoꝛ. ¶ Conſtrue. Dictatoꝛ notat officium: ⁊ dictatoꝛ notat honoꝛem: vt dictum eſt. ¶ Hic dictatoꝛ oꝛis nomen verbale formatū a primo ſupino iſtius verbi dicto as. dictatum: mi in oꝛ fit dictatoꝛ.

Dieta/te Eſtqꝫ dieta cibus moderatus/iterqꝫ diei

¶ Autoꝛ hic docet ꝙ dieta te. habet duas ſignificatiōes. Nā dieta ē ſufficiens cibus pro vno die cuilibet ſiue ſit ſanus ſiue infirmus. Uel ſm̄ phiſicos dieta eſt cōpetens obſeruantia ciboꝝ ſani hoīs ſimiliter ⁊ egri. Dieta eſt itineratio vnius diei. Uñ dieto as. i. per diem ire (anglice to iourne) ⁊ dicitur de dies diei. ¶ Cōſtrue. Dieta eſt dies moderatus qꝛ p ꝛ: ⁊ eſt iter vnius dei. Hoc iter. Gtō itineris. Dtō itineri. Actō iter. Utō o iter. Ablō ab itinere. itinera ⁊c. in plurali

Dies diei Eſt clarus vel clara dies/clariqꝫ dies ſunt

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ dies eſt equocū: ⁊ hoc propter diuerſitatē generꝫ. Nam quādo eſt maſculini generis tūc ſignificat certitudinē. vt ſic Iſto die fui Londonijs. ⁊ qñ eſt feminini generis incertitudinē ſignificat. vt hic Dies illa dies ire: qꝛ dies illa eſt incerta. Poteſt vel aliter dici ꝙ iſte verſus eſt doctrinalis nō equiuocus. docet eñ ꝙ dies in ſingulari eſt dubij generis: ⁊ ſignificatur cum dicit. Eſt clarus vel clara dies. Et declinatur hic vel hec dies. ſed in plurali eſt tm̄ maſculini generis qđ innuit cū dr̄. Clariqꝫ dies ſūt. i. dies in plurali eſt maſculini generis. ⁊ nō clare. i. feminini generis. Uñ in doctrinali ſcribitur. Hic dabit hec ve dies/dant hi tm̄modo plures.

Diſcus ci Eſt diſcus ludus/lecternum/menſa parapſis.
Diſcus ⁊ auroꝛa/tibi ſit diſcus quoqꝫ mappa.

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ diſcus habet ſex ſignificationes. Nā eſt ꝗdam ludus qui eſt in plumbeis ſcutellis q̄ proiecte fuerāt in aerem. et ipſa ſcutella plūbea cū qua ludebat̄ dicebat̄ diſcus (anglice a coyte.) ¶ Et eſt idē quod lecternum. i. lectrū ſuper quod clerici legunt in eccleſia epiſtolas lectiones ⁊ hmōi. Et tunc diſcus dicitur de diſco cis. qꝛ ibi diſcit̄ illud quod legitur. ¶ Et diſcus eſt menſa ſuper quā comedit̄: ⁊ hoc ꝓprie ſm̄ Hugui. per figurā que dicitur Metonomia: ⁊ eſt quando continens ponit̄ pro contento: vt ſi menſa poneret̄ pro diſco: vel quando contentū ponit̄ pro cōtinente: vt hic vbi diſcus ponit̄ pro menſa. Itē diſcus eſt auroꝛa: ⁊ tūc dr̄ de diſcutio tis: qꝛ tunc nebule diſcutiunt̄. i. dimouent̄ ab inuicē. Itē diſcus ponit̄ pro mappa (anglice a tablecloth). Et hoc improprie ſic qñ ponit̄ pro menſa. ¶ Cōſtructio patet. Hic diſcus ci. dr̄ de hoc ſcus indeclinabile. i. rotundū vel rotūditas. Hec parapſis parapſidis dr̄ a par paris: ⁊ hec apſida apſide. i. hoc latus eris: ⁊ eſt vas quadrangulū ⁊ quadrilaterū: quaſi paribus apſidis. i. lateribus: ⁊ mutat̄ b in p. ⁊ ſcribit̄ cū ps. ⁊ hic ponit̄ pro ſcutella que diſcus eſt proprie. Et illud vas eſt in quo ſeruit̄ in menſa de carnibus vel potagijs vel huiuſmodi. Unde Iuuenalis. Qui nulla magna parapſide cenat.

Eſt tria diſcrimen/diuiſio/glabꝛa/periculum **Diſcrimē**

diviſio

¶ hic autoꝛ docet ꝙ hoc nomen diſcrimen inis. habet tres ſignificatiōes. Nā idē eſt ꝙ diuiſio. Vñ diſcrimino as. are. i. diuidere. Et diſcrimen eſt idē ꝙ glabra (anglice the ſhed of the heed. ¶ Et diſcrimen. i. periculū. Vñ Theodolus. Nec ſi perficiant vite diſcrimina curant. ¶ Conſtrue. Diſcrimen eſt. i. ſignificat tria ſcilꝫ iſta. hec diuiſio nis. hec glabra (anglice a ſcall.) hoc periculum cli. per ſyncopam.

Eſt dolus equocū/dolus eſt pꝛudentia ſeu fraus **Dolus**
Huius oꝛigo dolat/ſit tibi ſine dolet

dolo
doleo

¶ hic autoꝛ docet ꝙ dolus li. eſt equocū ad duo. Nam idē eſt ꝙ prudētia vel ars egregie vel ſubtiliter dolandi. Vñ dolare. i. ſubtiliter ſcindere in ligno cum inſtrumento ferreo. Et tūc dolus deriuatᷣ a dolo as. are. qꝺ ſuperius exponitᷣ. Et dolus. i. fraus. vnde doloſus a. um. vt iſte eſt doloſus. i. decipiens ⁊ plenus dolis. i. fraudibus: ⁊ tunc dolus dr̄ de doleo es. ſcꝺm iſtū autorem.

Dicitur aula domus/turba miniſtra domus. **Domus**

¶ hic autoꝛ docet ꝙ hec domus habet duas ſignificationes. Nam idē eſt ꝙ edes vel aula in qua quis habitat. ¶ Domus. i. familia. domus (anglice the houſholde). Unde dicitur. Tota domus exiuit per feneſtram. i. tota familia. ¶ Conſtrue. Domus dr̄ aula. ⁊ domus dr̄ turba miniſtra miniſtrans. i. ſeruēs magiſtro vel dn̄o ſuo. Magiſter tra. trum.

Deficio neutrum tibi ſit ſignando fatiſcoꝛ **Deficio**
Paſſiuumqꝫ dabit tibi reſpuo ſignificabit

¶ Autoꝛ hic docet ꝙ deficio cis. hꝫ duas ſignificatiōes: tranſitiuā ſcꝫ ⁊ abſolutā. Nā deficio cis. eſt idē qꝺ defectū pati vel deeſſe: vt iſte lapis deficit. Deficere. i. deſtruere/derelinquere/ reſpuere/ vt ille deficit me. i. derelinquit vel deſtituit vel reſpuit. Vñ Horatius. Sectantē leuia neruū deficiūt. i. deſtituunt. ¶ In prima ſignificatiōe deficere. i. defectū pati vel deeſſe eſt neutrū et abſolutum. Sed in ſecunda ſignificatione eſt tranſitiuū/ ⁊ hꝫ paſſiuū ſcꝫ deficioꝛ eris. defectus defici. i. deſtitui vel derelinqui. ¶ Conſtrue. Deficio ſit verbū neutrum ſignificādo illud qꝺ fatiſcoꝛ eris: feſſus ſum fatiſci. verbū deponēs ⁊ eſt idē qꝺ deſinere vel deficere. Sed Hugu. dicit ꝙ nos dicimus fatiſco cis. fatiſcere: qꝺ antiqui nō dicebāt. ſed fatiſcoꝛ eris. feſſus ſum. fatiſci. qꝺ ⁊ nos dicimus. Et ſic videtᷣ ꝙ hic debet dici fatiſco ⁊ nō fatiſcoꝛ. ¶ Paſſiuūqꝫ dabit con. qꝫ ꝓ ⁊. deficio dabit paſſiuū: ſi notabit. i. ſignificabit idē qꝺ reſpuo is. i. refutare derelinq̄re. Deficio cis. feci. ere defectum tu. componitᷣ a de ⁊ facio cis.

Deuoueo ſpondens/Et deuoueo maledicens. **Deuoueo**

¶ hic autoꝛ docet ꝙ deuoueo es. habet duas ſignificationes. Primo. i. ſpon dere/promittere. Ut deuoueo tibi vnū equū.i.ꝓmitto. Et deuouere.i.maledicere(anglice to curse.vt deuoueo detractores.i.maledico. Un̄ Ouidi⁹./Theſea deuoui ꝙ te dimittere nollem. ¶Conſtrue. Ego ſpondens deuoueo.i.promitto.⁊ ego maledicens deuoueo. Et coniugatur deuoueo es.media correpta.deuoui media producta. deuotū tu.in ſupino.⁊ in vtraqꝫ ſignificatiōe eſt actiuū. et componitur cū de ⁊ voueo ues.voui.votum.

Deuotus Deuotus humilis/execratuſqꝫ benignus

¶Hic autoꝛ docet ꝙ hoc nomen deuotus a.um.equiuocat̄ ad tria. Nā eſt idē qđ hic ⁊ hec humilis ⁊ hoc le. Ut iſte bonus homo eſt non arrogās/ſed deuotus.i.humilis non ſuperbus. Et eſt idem ꝙ execratus a.um. id eſt maledictus a.um.vt dyabolus eſt deuotus id eſt maledictus. ¶Deuotus.id eſt benignus vt iſte eſt deuotus homo id eſt benignus. ¶Conſtructio patet. Deuotus dicitur a deuoueo deuoues.⁊c̄.

demolioꝛ. Diruo/rodo/paro/demolioꝛ hec tria ſignat

dirruo

¶Hic autoꝛ docet ꝙ demolioꝛ iris equiuocatur ad tria. Nam idem eſt ꝙ diruere Ut Rex caſtra hoſtiū demolit̄.i.diruit vel deijcit. ¶Demoliri.i.rodere.vt veſtes meas nulla tinea demolitur.i.rodit. ¶Demoliri.i.parare. vt Inimicus meus michi demolitur inſidias. ¶Conſtrue. hoc verbum demolioꝛ ſignificat hec tria.ſcʒ diruo.i.deijcio.rodo.et paro as. Et coniugatur demolioꝛ liris.demolitus ſum.iri.verbū deponens. Et componitur de de.⁊ molioꝛ moliris.i.cū difficultate conari.⁊ proprie de rebus.⁊ molari.i.machinari parare fabricare. excogitare diſponere cum difficultate aliquid facere vel ingenioſe facere. Unde hic molitoꝛ oris.i.artifex vel fabricatoꝛ. Unde Ouidius nono methamoꝛ. Primuſqꝫ piratis molitoꝛ. Iaſon id eſt ille homo Iaſon fuit primus fabricatoꝛ nauis.⁊ dicitur de molioꝛ iris. Hec moles molis.i.difficultas/magnitudo/magnum pondus.

Depono Deponit certans/cōmendans atqꝫ miniſtrans.
depoſitoꝛ Depoſitoꝛ probat hoc/ſic quoqꝫ depoſitum
Eſt homo depoſitoꝛ qui pꝛe me fercula ponit.
Depoſitarius eſt pꝛo quo ponuntur edenda.

¶Hic docet autoꝛ equiuocationē in hoc verbo deponit dicens ꝙ equiuocat̄ ad tria. Nā deponere.i.certare vt volo in cauſa iſta tecū deponere. Un̄ Virgilius in buccolicis. De grege non auſim quicq̄ deponere tecū. Et eſt idē ꝙ cōmendare.i.in cuſtodiā vel tutelā mandare. vt Depoſui apud te res meas ſeruandas.i.cōmendaui. ¶Deponere.i.miniſtrare.ſcʒ ſubſidiū dare.vt cliens miniſtrans deponit res ſuas. Itē dicimus:iſti deponunt pro aduerſario tuo.i.miniſtrant vel auxilium dāt. ¶Depoſitoꝛ.⁊c̄. Hic autoꝛ probat ꝙ deponere eſt idē qđ cōmendare dicens:qꝫ hic depoſitoꝛ oris.nomē verbale eſt idē qđ cōmendatoꝛ ris.hoc depoſitum ti.id eſt res commendata in tutelam(anglice a wedde.) Que quidem duo nomina deſcendunt ab hoc verbo depono is.⁊ probant illā ſignificatiōē ꝙ depono eſt idem ꝙ cōmendo. Unde Apl̄us. Potens eſt domi nus ſeruare depoſitum meum: id eſt cōmendationem vel rem commendatā ſibi in tutelam. ¶ Eſt homo ⁊c̄. hic docet autoꝛ equiuocationem iſtius dictionis depoſitoꝛ. Poſtea ponit differentiam inter hic depoſitoꝛ ⁊ hic depoſitarius. Dicit ergo in pꝛimo ꝙ depoſitoꝛ habet duas ſignificationes. Nam depoſitoꝛ in vna ſignificatione eſt ille qui ponit fercula in menſa ante dominū ſuum qui alio nomīe dicit̄ diſcoferus: ⁊ dicitur de diſcus ci. ⁊ fero fers quaſi diſcum ferens. Sed differunt quia depoſitoꝛ deponit: diſcoferus fert vel poꝛtat fercula. ¶ Et depoſitoꝛ eſt idem ꝙ cōmendatoꝛ: vt ſuperius exponitur. Et depoſitarius eſt ille ante quem ponuntur fercula: ſicut dominus vel aliquis alius ſedens in menſa cui ſeruitur ferculis. ¶ Depoſitarius dicitur etiā ille cui aliquid fide commendatur ⁊c̄. Depono is. deponere depoſitum tu. in ſupinis. actiuuꝫ eſt ſm̄ hugui. Deponere .i. deoꝛſum a ſede vel dignitate ponere.

Depꝛecoꝛ

dico
deprivo
depreco

Depꝛecoꝛ vt dicam depꝛiuat ⁊ auget ibidem
Depꝛecoꝛ oꝛe deum moꝛtem quoqꝫ depꝛecoꝛ idē.

¶ hic docet autoꝛ ꝙ hoc verbū dep̄coꝛ habet duas ſignificationes. nā deprecari in vna ſignificatione eſt idē qḋ oꝛare vel valde p̄cari. Et in alia ſignificatione eſt idē qḋ nō p̄cari vel odire vel p̄care aliquid abeſſe. Et cauſa iſtius diuerſe ſignificationis eſt hec p̄poſitio de/ que in compoſitione veniens aliqñ auget ſignificationē dictiōis cū qua componit̄: ⁊ aliqñ minuit vel priuat ſignificationem. Unde in vna ſignificatione deprecoꝛ id eſt valde p̄coꝛ: ⁊ tūc iſta p̄poſitio de/ auget ſignificationē iſtius verbi: in alia ſignificatione dep̄coꝛ .i. nō precoꝛ. ⁊ tunc depriuat ſignificationē illius verbi. ¶ Conſtrue. Ut dicā .i. ſi dicā deprecoꝛ. Iſta p̄poſitio depriuat id eſt negat ⁊ auget ibidē ſignificationē illi⁹ verbi dep̄coꝛ ⁊c̄. Iſte verſus eſt ouidij in heroidū: ⁊ autoꝛ innuit eum ad probandū ꝙ de/ prepoſitio aliqñ priuat et aliqñ auget. qꝛ in iſto verſu vtroqꝫ modo hoc verbū dep̄coꝛ tenetur. ¶ Conſtrue. Ego dep̄coꝛ .i. valde precoꝛ oꝛe meo deum moꝛtē tunc deprecoꝛ moꝛtē .i. odio moꝛtē vel p̄coꝛ deū vt nō moꝛiar. ¶ Et nota ibi ꝙ deprecoꝛ ꝯſtruit̄ cū duplici actō: qꝛ eſt verbū vehemēter tranſitiuū.

Deſtino

Deſtino pꝛopono pꝛomitto deſtino pono

¶ Autoꝛ hic docet ꝙ deſtino as. habet tres ſignificationes. Nam deſtinare .i. p̄ponere. Ut opus iſtud facere deſtinaui .i. p̄poſui. Et deſtinare id eſt ꝓmittere: vt deſtino tibi hanc rem id eſt pꝛomitto. Et eſt deſtinare illud qḋ ponere. vt fatum deſtinat futura id eſt ponit. ¶ Aliter pōt dici qḋ deſtinare non habet niſi duas ſignificationes ſm̄ autoꝛem iſtum id eſt pꝛoponere ⁊ mittere: et tunc pꝛomitto ſunt due dictiones: ⁊ tunc conſtrue verſum ſic. Ego deſtino tibi equū .i. mitto: ⁊ hoc mihi magis placet: licet alij aliter ſentiant. ¶ hugui dicit ꝙ deſtino as .i. ligare/ mittere/ deputare/ aſſcribere/ ſignificare. Et componit̄ de de/ interpoſita ſ/ ⁊ teneo tenes: ⁊ eſt actiuum.

Dico

hec dico ſignificat confirmo/ copulo/ ſacro

¶ hic docet autoꝛ ꝙ dico dicas habet tres ſignificationes. Nam idem eſt qḋ confirmare. Ut facta tua dico id eſt confirmo. Dicare id eſt copulare. Unde Uirgilius. Connubio iungam ſtabili pꝛopꝛiamqꝫ dicabo id eſt copulabo.

D

¶ Et dico id eſt ſacrare qđ patet per eius cōpoſitū dedico cas. quod idē eſt ꝙ ſacrare: vt eccleſia dedicata eſt. i. ſacrata. ¶ Conſtrue. Dico ſignificat hec ſcilꝫ verba cōfirmo copulo ſacro. Et declinat̄ dico dicas caui. care. verbum prime coniugationis. ⁊ eſt actiuū. Hugu. dicit ꝙ dicare eſt etiam idem quod vouere ⁊ corripit di/id eſt primam ſyllabam. Sed dico dicis dixi dicere producit hanc ſyllabam di.

Digero **Digero diſpono/computo ſolus cibum**

diſpono

¶ Hic docet autor ꝙ hoc verbum digero digeris habet tres ſignificationes. Nam digerere eſt diſponere. Unde Uirgilius. Et digerit omnia calcas: id eſt ille prudens homo calcas digerit ideſt diſponit omnia. ¶ Item digerere ideſt computare: ⁊ ꝓprie per digitos ſicut faciunt lombardi. Ut cōputiſta digerit. i. computat. Et digerere id eſt cibum ſoluere in ſtomacho. Unde hec digeſtio onis. ideſt cibi ſolutio. Eſt enī digeſtio ſeparatio puri ab impuro. ¶ Conſtrue Ego digero vel diſpono: ⁊ ſic de alijs. Digerere ſm̄ Hugu. id eſt explicare/deſcribere vel in vnū ordinare vel exponere vel diuidere: ordinare vel euacuare ebrietatē deponere. Et cōiugat̄ digero ris. digeſſi digerere digeſtum tu. in ſupino: ⁊ eſt actiuū. Et componitur de di/prepoſitione inſeparabili ⁊ gero geris. geſſi. gerere: quod idem eſt quod facere vel adminiſtrare.

Diluo **Diluit infirmat/diſtempero ſordida purgat**

dyſtemper

¶ Hic dicit autor ꝙ diluo is. equiuocatur ad tria. Nam diluere eſt infirmare (anglice to loſſe) vt quando littera diluit̄ aliquo humore ſuperueniēte: diluit̄ id eſt infirmat̄ vel ſic. Ego non poſſum iſtud emplaſtrum diluere de meo viſcere. ¶ Et idem eſt ꝙ diſtemperare: vt iſti colores diluuntur. i. diſtemperent̄. ¶ Et idem eſt quod purgare ſordida/vt vtinam eſſemus diluti a peccatis. ¶ Diluere ſm̄ Hug. id eſt delauare vel delauando deſtruere/delere/vel purgare vel cōmiſcere/vel diſtemperare/liquare. Et cōiugat̄ diluo is. dilui diluere dilutum tu. penul. correpta: vel dilutū tu. penul. producta. Unde dilutus ta tum. penultima producta: ⁊ eſt actiuum. ¶ Conſtrue. Hoc verbum diluit id ē ſignificat iſta. Infirmat ⁊c̄.

Diſpenſo **Prouidet expenſis diſpenſans ⁊ miſeretur.**

¶ Hic docet autor ꝙ diſpenſare eſt equiuocū ad duo. Nam diſpenſare id eſt prouidere/diſponere/diſperdere/deliberare. ¶ Itē diſpenſare eſt miſereri/indulgere. Unde hec diſpenſatio onis. ⁊ eſt diſpenſatio debite pene relaxatio ex actu miſericordie proueniens: vt dominus papa diſpenſat cum aliquo illegitimo: vt poſſit ordinari in preſbyterum vel epiſcopum vel prelatum. ¶ Conſtrue. Aliquis diſpenſans prouidet expenſis: ideſt expenſis ſuis expendendo eas ſicut decet ⁊ prodeſt. Et aliquis diſpenſans id eſt habens miſericordiam miſeretur alicui. Diſpenſo as frequentatiuum de diſpēdo diſpendis id eſt largiter expendere.

Do das **Hec tria do ſignat/concedo/prebeo/dico**

¶ Hic docet autor ꝙ hoc verbum do das habet tres ſignificationes. Primo id eſt cōcedere: vt do tibi hanc ꝓpoſitionē homo currit. Uel ibi. Da queſumus omnipotens deus da.i. concede. ¶ Dare.i.p̄bere: vt ibi. Date ⁊ dabit᷑ vobis. ¶ Dare.i.dicere. Uirgilius. Sed quis ſit iſte deus vt tytire nobis. ¶ Conſtrue hoc verbū do ſignat hec tria ſcȝ verba ꝯcedo is. p̄beo es. dico is. ¶ Nota ꝙ iſta ſyllaba da/ vbiqȝ corripit᷑ in do das. ⁊ ſuis compoſitis quando alia ſyllaba ſequitur: vt dare/daturus/dabat/circundare/circundatus/circundabo penultima correpta. Do das eſt actiuū.

Donare

Qui donat prebet pariter qui donat honorat.

¶ Hic autor docet ꝙ donare habet duas ſignificatiões. Nam idem eſt quod prebere: vt ipſe donauit illi eccleſie. Donare.i.honorare. Unde Horatius. Peccatum ſans ⁊ donatum iam rude queris. donatū.i.honoratū. ¶ Conſtrue. Ille qui donat prebet pariter qui donat honorat.

Edilis lis

Edilis cuſtos edis/ſacriſta curilis atqȝ

¶ Nota differentiā inter edilis ⁊ edilis: dicit hic ꝙ edilis eſt maior ſcȝ ille qui preeſt edibus. Sed hic ⁊ hec edilis ⁊ hoc edile.i. comeſtibilis. Unde architri. Inter ventricolas verſat᷑ queſtio piſce. Quis colitur meliore lacus: q̄s ſeruius aer. Altilibus que terra feras p̄ducat ediles: ediles.i.comeſtibiles. Un̄ verſus. Garlandie. Edilis diues: ſed edilis eſt gratus ad eſum. ¶ Finita illa parte in qua tractauit autor de equiuocis incipientib᷒ ab hac littera d/ hic incipit tractare de equiuocis incipientibus ab iſta lr̄a e. Primo agit de equiuocatōe iſtius dictiōis hic edilis lis. dicēs ꝙ equiuocat᷑ ad tria. Nam edilis.i.cuſtos ediū vel edis in abſentia dn̄i qualis eſt ille qui cuſtodit palatiū regis vel maneriū alicuius domini. ¶ Itē edilis.i.ſacriſta ille ſcȝ qui preeſt cuſtodie eccleſie: vel templi. Unde illud. Rogabant edilem vt oratoriū aperiret. ¶ Itē edilis id eſt curialis quaſi iuxta alios curulis. Et eſt nomen dignitatis qui olim Rome circuiret ciuitatē ⁊ exploraret ſi alique domus eſſent ruinoſe quas ſtatim faceret emendari ne eſſent dedecori ciuitati. Ad quos ꝑtinebat officiū proſpicere: ne morboſe carnes a carnificibus venderent᷑: ne etiā morboſa aīalia intrarēt ciuitatē vel curiā vel capitoliū regis vel imꝑatoris: ne aerē illi corrumperent. ¶ Conſtrue. Edilis eſt cuſtos edis: ⁊ eſt ſacriſta atqȝ curilis. Et dr̄ curilis de hec curia rie. qȝ ad talē dignitatē eligebat᷑ vnus de curia regis vel imꝑatoris. ¶ Edilis dr̄ de hec edes edis. Et poteſt declinari hic ⁊ hec edilis ⁊ hoc edile. aliquid pertinens ad edem.

Euentus

Euentus caſus/euentus ſit tibi finis

¶ Hic autor docet ꝙ euentus habet duas ſignificationes. Nam eſt idē quod caſus: vt hoc mihi accidit ab euentu.i.caſu. ¶ Et eſt idē qđ finis. Un̄ Ouidius Quiſquis ab euentu facta notanda putet: id eſt quiſquis putet facta ſua notanda ab euentu.i.a fine. ¶ Conſtrue. Euentus ſit tibi caſus id eſt fortuitus. ⁊ euentus ſit tibi finis.

Electruz.

Electrū gummi/gemmā notat atqȝ metallum

¶ Hic docet autor ꝙ electrū tri. hȝ tres ſignificationes. nā electrū dr̄ quoddaȝ gummi qđ ſtillat ab arboribus (anglice gūme) Ouidius. Inde fluunt lachryme ſtillataqȝ ſole rigeſcūt. Inde arunis electra nouis. ¶ Electrum eſt quedaȝ

gemma que prouenit ex illo gūmi poſtq̄ꝫ calore ſolis fuit induratum. Itē electrū eſt quoddā metallū (anglice peautre) habens terciā partē auri ꝛ quartā partē argenti qđ aliqñ inuenit̄ in venis terre. ꝛ tunc dicit̄ naturale. Aliquādo componit̄ ex illis duobus metallis cōiunctis .i. cōmixtis adinuicē: ꝛ tunc dicit̄ artificiale: Sed naturale longe melius eſt artificiali: vt dicit Iſidorus.
¶ Conſtrue. Electrū notat gūmi ꝛ gēmā ꝛ metallum. hoc gūmi indeclinabile/ generaliter eſt omne illud quod fluit ꝛ ſtillat ab arborib⁹: ꝛ dr̄ de hec gutta te.
¶ Electrū dicitur elios qđ eſt ſol: qꝛ ad radium ſolis poſitus clarius auro ꝛ argento fulget ꝛ refulget.

Elenchus Laus ſyllogiſmus/ lapis eſt precioſus elenchus

¶ Hic ponit autor equiuocationē iſtius dictionis elenchus elenchi: dicens q̄ equiuocat̄ ad tria. nā elenchus dicitur titulus libri .i. lux libri: qꝛ illuminat librum: ꝛ ſic videt̄ q̄ littera ſit corrupta: qꝛ dicit laus. ſed cōmūis laus eſt vel lux intelligit̄ de titulo libri. Vñ euangeliū ſcḋm Lucam ſic intitulatur. Elenchus luce id eſt titulus. ¶ Et elenchus dicit̄ lapis precioſus poſitus in ſuperficie ornamēti: qꝛ illuminat: ꝛ quicunqꝫ lapides p̄cioſi in loco notabili poſiti dr̄ elenchi. Unde Iuuenalis. Auribus extenſis magnos cōmiſit elenchus: ꝛ tunc dr̄ de elios qđ eſt ſol: ſicut titulus a tytan qꝛ titulus eſt elenchus illuminat librꝫ ſicut ſol illuminat mundū. ¶ Et elenchus in logica dr̄ quoddā gen⁹ argumenti: ſcꝫ ſyllogiſmus cōtradictorius: ꝛ tunc dicit̄ de en/ qđ eſt cōtra ꝛ lexis quod eſt ſermo vel dictio .i. cōtradictio. ¶ Conſtrue. Elenchus eſt lux id eſt titulus libri: ꝛ elenchus eſt ſyllogiſmus contradictorius: et elenchus eſt lapis precioſus.
¶ Syllogiſmus componitur a ſyn/ quod eſt con/ ꝛ logos ſermo. Vñ ſyllogiſmus quaſi collectio ꝛ coniunctio ſermonum.

Hemus Rex hemus/ mōs eſt hemus trax/ ꝛ canor hemus

¶ Hic docet autor q̄ hic hemus mi. habet tres ſignificatiōes. Nam hemus eſt p̄priū nomen cuiuſdā regis. ¶ Hemus eſt quidam mons in tracia. Trax .i. homo de tracia habitans iuxta illum montē. ¶ Hemus eſt canor id eſt cantus vel ſermo. Hugui. dicit hoc hemum hemi id eſt ſermo vel modulatio.
¶ Conſtrue. Hemus id eſt rex. hemus eſt mons: trax id eſt aliquis de tracia/ ſcꝫ monte illo: ꝛ hemus ideſt canor ideſt cantus.

Elemētū Littera principiū/ documentum ſunt elementū.

¶ Hic docet autor q̄ hoc elementū ti. habet tres ſignificationes. Nam idem eſt qđ littera. Et eſt idē qđ principiū. Vñ Stacius. Progenies rituſqꝫ tuos elementaqꝫ prime: elementa .i. principia. ¶ Itē idem eſt qđ documentū. Horati⁹ Reſtat vt his ego meipſe regā ſolerqꝫ elementis. ¶ Conſtrue. Littera principium ꝛ documentum: hec tria ſunt elementum.

Erugo Aeris erugo tempeſtas dicitur eſſe.
Erugo quoqꝫ rubigo que naſcitur ere.

¶ Autor hic docet q̄ erugo inis equiuocat̄ ad duo. Nā erugo eſt tempeſtas aeris que deſtruit ſegetes. ¶ Et erugo eſt rubigo q̄ cōſumit es ꝛ alia metalla (anglice ruſte). Et dicit erugo ab erodo is. qꝛ erodit .i. deſtruit erodendo ſegetes metalla. Unde eruginoſus ſa. ſum .i. rubiginoſus ſa. ſum. (anglice ruſtye). ¶ Conſtrue. Erugo dī eſſe tempeſtas aeris (anglice myld we. quoqꝫ pro et: et erugo eſt rubigo que naſcitur id eſt prouenit ere. id eſt de illo metallo.

Dicitur eſtus amoꝛ: feruoꝛ maris: ⁊ caloꝛ eſtus.

Eſtus tuſ

¶ Autoꝛ docet hic ꝙ eſtus tus. tui. habet tres ſignificationes. Nā eſt idem ꝙ amoꝛ oris. vt vnius eſtu virginis accipioꝛ id eſt amoꝛe. Et eſt idem ꝙ feruoꝛ ſeu fluxus maris. Unde claudianus. Occeanumqꝫ per eſtum metitur. per eſtū id eſt fauoꝛem vel fluxum. Et eſt idem quod caloꝛ eſtatis. Ut campus calet magno eſtu id eſt caloꝛe. ¶ Conſtructio patet.

Eſt examen apum collectio: lingua bilancis
Examenqꝫ aciem iudiciumqꝫ notat

Examen.

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ examen ſignificat quattuoꝛ. Nam eſt collectio apū (anglice a ſwarme of bees). Et eſt idem ꝙ lingua in trutina vel in bilance (anglice a tonge of the balance). Et eſt idem ꝙ acies id eſt exercitus. Unde illud Examen chriſticolarum caſtra redit ad pꝛopꝛia. ¶ Et eſt idem quod iudiciū: vt veſtroqꝫ examine pendet id eſt veſtro iudicio. ¶ Conſtructio patet. Hoc examen examinis. vnde examino examinas examinare.

Emuloꝛ inuideo: ſequoꝛ emuloꝛ: emuloꝛ hoꝛtoꝛ
Emulus inuideam ſectam deſignat amoꝛem.

Emuloꝛ

¶ Autoꝛ hic docet ꝙ emuloꝛ aris. ſignificat tria. Nā emulari .i. inuidere. Ut ille emulatur mihi .i. inuidet. ¶ Emulari .i. ſequi. vt emulemur honeſtos .i. ſequamur. Emulari .i. hoꝛtari. vt emuloꝛ vos dei emulatiōe .i. hoꝛtoꝛ vos moneo vos. ¶ Sed vltra dicit bꝛito qđ idem eſt ꝙ indignoꝛ aris. Unde in euangelio. Uos emulamini mihi veſtrum hominē feci ſanum. Idem eſt quod amare. vt in epiſtola pauli. Emuloꝛ vos dei emulatione .i. amo vos amoꝛe dei. ¶ Idem eſt qđ contendere. vt in pſ. Noli emulari in malignantibus .i. noli cōtra malignantes contendere emulos. ¶ Emulus ⁊c̄. Hic dicit ſimiliter ꝙ emulus a. um. a quo dicitur emuloꝛ aris. ſignificat tria. Nā idem eſt ꝙ inuidus a. um. vt iſte eſt emulus meus .i. inuidus. ¶ Idem eſt qđ ſequens. Lucanus. Stimulos dedit emula virtus. emula .i. ſequēs. ¶ Emulus .i. amans vel hoꝛtans: vt Simus emuli dei. id eſt amatoꝛes. ¶ Conſtrue. Emuloꝛ dum inuideo ⁊c̄. Emulus deſignat inuidiam. id eſt inuidum. et ſectam. id eſt ſequentem. et amoꝛem id eſt amantem ⁊ eſt locutio methonomica.

Pertinet eſt pꝛodeſt: pariter contingit ⁊ extat
Dicitur eſſe iuuat: inſinuatqꝫ ſtatum

Eſt
exto

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ hoc verbū eſt hꝫ ſex ſignificatiōes. Primo .i. ꝑtinet: vt eſt magiſtri legere .i. pertinet. ¶ Idem qđ pꝛodeſt: vt eſt legere .i. pꝛodeſt legere.

¶ Et eſt idem ꝙ ↄtingit. Unde Priſcianus. vt eſt qđ elementū diuidit̄ .i. cōtingit. Elementū diuidit̄ .i. cōtingit. ¶ Et idē eſt qđ extat: vt hoc domꝰ eſt ex tecto ⁊ pariete .i. extat. Et idē eſt qđ iuuat: vt in Horatio. Et qđ prodire tenus eſt. ibi id eſt iuuat. Et idē eſt qđ inſinuat ſtatum. vt bene eſt mihi .i. in bono ſtatu ſum ¶ Conſtrue. Eſt .i. pertinet. ⁊ eſt .i. prodeſt. ⁊ eſt .i. cōtingit. ⁊ eſt .i. extat. ⁊ eſt dr eſſe idem qđ iuuat. qꝫ pro ⁊. ⁊ eſt inſinuat ſtatum.

Exanclo **Exanclo patitur/ ⁊ perficit/ inſuper haurit**

¶ Hic autor docet ꝙ exanclo as. habet tres ſignificationes. Nā exanclare idē eſt qđ pati: vt exanclo te facere quicquid tu vis .i. patior te facere. Et idem eſt qđ perficere: vt nondum hoc opus exanclaui .i. perfeci. ¶ Et idem eſt quod haurire. vt iſte exanclauit cyphum vini .i. hauſit. ¶ Conſtrue. Exanclo ſcꝫ ſignificat iſta. patior ris. perficio cis. inſuper et haurio hauris hauſi haurire. Et dicitur exanclo de ex ⁊ hec ancla ancle: id eſt rota hauritoria cū qua aliquis haurit aquam de fonte.

Exhibeo **Exhibet hoc verbum deſignat quattuor iſta**
Demonſtrat/ pſentat/ alit/ pariter dat abunde.

¶ Hic autor docet ꝙ hoc verbū exhibeo bes. habet quattuor ſignificationes. Nam idē eſt qđ demōſtrare. vt exhibeas nobis lr̄as tuas .i. demōſtres nobis. ¶ Et idē eſt qđ pn̄tare vt exhibemus iſtū clericū .i. pſentamus. ¶ Et idē eſt qđ alere .i. nutrire. vt auis exhibet pullos .i. nutrit. ¶ Et idē eſt qđ abunde dare vt iſte mihi exhibet pecunias .i. abūde dat. ¶ Cōſtrue. Hoc verbū exhibet deſignat quattuor iſta ſcꝫ demonſtrat. ⁊c. ¶ Exhibeo bes. bui. bere. exhibitum tu. verbum actiuū componitur de ex ⁊ habeo habui habere.

Exigo **Exigit exquirit/ vult/ perficit/ ⁊ iaculatur**

exquiro

¶ Autor hic docet ꝙ exigo gis. equiuocatur ad quattuor. Nam exigere idē eſt qđ exquirere: vt iſte exigit a me vbi rex eſt. ¶ Et exigo .i. volo. vt hoc exigo fieri .i. volo hoc fieri. ¶ Et idē eſt qđ perficere: vt nondū hoc opus exegi .i. perfeci ¶ Et idem eſt quod iaculari (to caſte a darte) .i. extra iacere. vt ignis exigit a ſe ſcintillas .i. iaculatur .i. iacet a ſe ſcintillas. Exigo exigis exigere exactum tu. in ſupinis. verbum actiuū: componitur de ex ⁊ ago agis. Exigit expellit extorquet proijcit atqꝫ. Diuidit ⁊ repetit ſimpliciterqꝫ petit. Diuidit expellit agit extra cogo ſequatur. Iniuſte petere tibi denotat exigo vere. Dicit̄ exactor iniuſte quiſqꝫ petitor. ¶ Inuenitur a Socrate ꝙ inuitatus ab amico ⁊ videns eius vxorem iurgioſam dixit ei. Quare nō exigeret id eſt expelleret mulierem? Qui reſpondit. Domi addiſco qualem me foris exhibebo. Significat ergo exhibeo idem quod oſtendo.

Excipit **Excipit/ excludit/ accuſat/ ſuſcipit/ affert**

excludo

¶ Hic autor docet ꝙ excipio excipis idē eſt qđ excludere: vt excipio te ab illis id eſt excludo. ¶ Et idem eſt quod accuſare. vt iſte excipit contra me .i. accuſat ¶ Et idē eſt qđ ſuſcipere (anglice to welcome) vt mulier quedā Martha sole excepit illū in domū ſuā. ¶ Et idem eſt qđ afferre. Ut iſte eſt exceptus in altū. id eſt elatus: id eſt ſurſum portatus in altum. ¶ Excipio excipis cepi. pere. exceptum tu. in ſupinis verbū actiuū: componitur de ex / ⁊ capio capis.

Denotat expedio prodeſt decet ⁊ manifeſtat

Expedio.

¶ Hic docet autor ꝙ expedire idem eſt quod prodeſſe: vt ibi. Expedit vt vnus moriatur pro populo. ¶ Expedit. i. decet vt hic. Expedit inſignem ꝑmeruiſſe virum: expedit. i. decet. ¶ Item expedit. i. manifeſtat: vt expediuit ſe illis id eſt manifeſtauit. Satis facilis eſt litera. ¶ Expedio componitur de ex ⁊ hec pedica quod eſt quoddā inſtrumentū capiendi pedes animaliū.

Venditor exponit merces probleuma magiſter

Expono

¶ Hic autor docet ꝙ expono idem eſt qđ monſtrare (anglice to ſhewe or to ley forth) ſicut mercatores monſtrant res ſuas quas vendere volunt. ¶ Itē exponere id eſt gloſare vel proponere ſicut magiſter exponit id eſt gloſat: vel proponit aliquod probleuma id eſt difficilem queſtionem. ¶ Conſtrue. Venditor id eſt mercator exponit id eſt monſtrat merces ſuas quas vult vendere ⁊ magiſter exponit probleuma id eſt difficilem queſtionem. ¶ Et dicitur probleuma primus fructus argenti. Et componitur de prothos qđ eſt primū et lema qđ eſt ſumptio vel fructus: quaſi prima ſumptio vel primus fructus argenti. Et exponere verbum actiuū: ⁊ cōponitur de ex / ⁊ pono nis. ſui. ere.

Ergo pro cauſa finem ſeruabit acutum
Eſt illatiuum cum primum ſeruat acutum

Ergo

¶ Hic autor docet ꝙ hec dictio ergo quando ſignificat cauſam acuit vltimā ſyllabā: ⁊ ſi inueniatur aliter ꝗ̄ cauſatiue: tunc grauat vltimā ⁊ acuit primam iuxta regulas traditas de accentu. ¶ Et nota ꝙ apud antiquos declinabatur hoc ergum ergi ergo. Unde Uirgilius eneid. Illius ergo veni. i. ꝓpter cām vel pro cauſa illius veni. Itē Grecismus cap. de tropi. in fine. Si qđ dicatur ergo ſui ſed alius ibi ergo. i. cauſa. ¶ Conſtrue. Ergo ꝑ cauſa: i. qñ ponitur cauſatiue ⁊c.

Et tria ſignificat / exponit / copulat / equat /

Et

expono
eqno

¶ Hic docet autor ꝙ iſta cōiunctio et / aliqñ ponitur expoſitiue pro id eſt. Unde Ouidi⁹. Hanc de⁹ ⁊ melior litē natura diremit. Sic cōſtrue verſū hunc. De⁹ et melior natura (hoc eſt) de⁹. i. melior natura: diremit. i. amouit hanc litem. i. diſcordiā: ⁊ ſic tenetur ibi. Et alibi. Iudica me de⁹ ⁊ diſcerne cauſam meā. diſcerne tenetur ibi expoſitiue. Itē ⁊ aliqñ tenetur equatiue. i. vnitiue: vt corp⁹ ⁊ aīa ſunt vnus hō vita ſez ꝙ corpus vnitū anime ⁊ aīa corpori. ¶ Conſtrue. Et iſta cōiunctio ſignificat tria. i. ꝙ pōt poni tripliciter: exponit. i. ponitur expoſitiue. copulat id eſt ponitur copulatiue: equat. i. ponitur equatiue vel vnitiue ⁊c.

Falce puto vineta / meto ſata / tondeo pratā

Falx cis

¶ Finita illa parte in qua tractauit autor de equiuocis incipientib⁹ ab e / hic

ff

ꝓſequit̃ tractando de dictionibꝰ incipientibus ab F. Et primo de hac dictiõe hec falx cis. Dicens ꝙ habet tres ſignificatiões. Nā hec falx falcis eſt illud inſtrumentū quo vindemiatores abſcindunt vites vel putant .i. amputant vites (anglice a vyneknyfe). ¶ Et eſt vindemiare .i. vites amputare vel vuā vinea auferre. ¶ Itē hec falx cis. eſt inſtrumētū quo meſſores metūt ſegetes (anglice a hoke or a ſykyll). ¶ Falx eſt inſtrumentū quo prata tondent̃ (anglice a ſythe) Falx cis. de hec filix filicis: ⁊ eſt filix quedā herba (anglice ferne) qꝛ primo filix ſcindebat̃ cū falce. ¶ Conſtrue. Ego puto id eſt amputo vineta id eſt vites cū falce id eſt cū tali inſtrumento: ⁊ ego meto ſata id eſt ſegetes cum falce: ⁊ ego tondeo prata cū falce.

Flamen

flatus
flo
filum

Hoc flamen flatus/ hic flamen preſbiter illud
Dicitur a flo flas/ ſed a filo dicitur ille

¶ Autor hic docet ꝙ flamen eſt equiuocū ad duo. Primo .i. hic flatus tus. tui. ⁊ declinat̃ hoc flamen flaminis. ⁊ dr̃ de flo flas flare flaui. ¶ Itē flamē inis. dicebat̃ ſacerdos Iouis: ⁊ tunc eſt maſcu. generis. Et deriuat̃ de flo as. aui. are. ⁊ tunc dicit̃ flamen quaſi filamen: qꝛ reliquias a collo pendentes ꝑ fila portabāt. ¶ Conſtrue. Hoc flamen dr̃ flatus. hic flamen inis. dr̃ pꝛ̃ſbyter iouis apud gentiles. Illud ſcʒ flamen qđ eſt neutri generis dr̃ a flo flas flare. Sed hic flamen dr̃ a flo flas .i. fila deducere: vel a filum li. anglice a threde.

+

Faſelus

Significata faſelus habet duo cymba/ legumen

¶ Hic docet autor ꝙ faſelus ſignificat duo. nā idē eſt qđ cymba be (anglice a cogbote) .i. parua nauicula. Unde Lucanus. Tenui ſuffulti facelo .i. cymba. ¶ Faſelus vocat̃ quoddā legumē .i. tale ſemē de quo fit legumen. Uirgilius Si vero vilia ferres tenuēq; faſelum. ¶ Nota ꝙ faſelus ꝓ cymba femi. gñis dr̃ a phaſe qđ eſt trāſitus. Sed pro legumine eſt maſc. generis: ⁊ dr̃ a phagyn quod eſt comedere. ¶ Conſtrue. Hoc nomē faſelus hʒ duo ſignificata .i. duas ſignificationes: duo dico ſunt hec ſcʒ cymba ⁊ legumen. ¶ Hoc legumē inis. ⁊ hoc legū gi. deriuat̃ a lego gis: ⁊ eſt ſemen cuiuſlibʒ herbe de quo fit potagiū vt piſa/ faba/ vicia/ auena. Nā antiqui legebant .i. colligebāt ſemina meliora/ vt potagiū facerent. Hec faſela le. eſt quedā inſula grecie: ⁊ genus leguminis maxime abundant in eadē. Et inde hoc faſelariū rij .i. herba faſeli. Et pōt ſcribi per ph/ vel f in quod cõſideratur origo vel reductio ad latinum.

Fatum ti

Conſtellatio moꝛs parce reſponſa deoꝛum
Euentus rerum ſignantur nomine fatum

¶ Hic docet autor ꝙ fatū ti. habet duas ſignificationes. Fatū .i. conſtellatio vnde dicit̃. Fata regunt hoīes id eſt cõſtellationes. Et fatū id eſt mors vt ibi. Quos tangit vicinia fati .i. mortis. Et fata .i. parce. ap̄. vt Promiſere tibi fata ruinā. fata id eſt parce: ⁊ eſt reſponſa deoꝛū. Hec parca ce. Ouidius. Eſſe quoqꝫ in fatum reminiſcitur affari tempus. Infatum id eſt reſponſum per deos. Et fatum id eſt euētus rerum. ¶ Conſtellatio mors eſt ⁊c. ſignant̃ in hoc nomine hoc fatum fati.

Fedus

Hic fedus turpis: hoc fedus dicito pignus
Nam veteres feda iungebant federa porca

¶ Hic docet autor ꝙ fedus habet duas ſignificatiões. Primo idem eſt qđ hic ⁊ hec turpis ⁊ hoc turpe. Et tunc declinaꝛ ſic. hic fedus hec feda hoc fedū. adiectiue id eſt turpis/fetidus da. dum. Et eſt idē ꝙ pignus oris: ⁊ tunc declinaꝛ hoc fedus deris. i. vinculū pacis (anglice a bande of loue) ⁊ tunc deriuaꝛ a fedus a. um. Nā antiqui qñ vellent fedus id eſt vinculū pacis ⁊ concordie inire acceperunt vnā fedā ⁊ vilem porcā: ⁊ vtraqꝫ pars que erat per concordiā federanda ſtetit in vtraqꝫ ꝑte porce ⁊ occidit eā fede. i. turpiter ſignificans ꝙ ille qui a pacis federe reſiliret eſſet tam turpiter occidendus ſicut illa porca fuit occiſa. ¶ Conſtrue. O lector dicito fedus qñ declinaꝛ per hic: vt hic fedus eſſe idem qđ turpis id eſt vilis. Sed dicito hoc fedus quando declinatur per hoc vt hoc fedus eris. eſſe idem ꝙ hoc pignus pignoris. Et eſt pignus prout hic ſumiꝛ confederatio vel confirmatio amoris.

Fenix

Arbor/homo/volucris/populus/ꝓuincia/fenix
Atqꝫ genus cythare ceu legi dicitur eſſe

¶ Hic docet autor ꝙ fenix aliqñ eſt arbor quedā que alio nomine vocaꝛ palma (anglice a palme) ſm̄ quoſdā. ¶ Et fenix eſt ꝓpriū nomē cuiuſdā viri id eſt fratris Cadmi qui fuerūt filij regis grecoꝝ. ſcꝫ fenix/ſilex/ ⁊ cadmus quorum Europa fuit ſoror. Uirgilius. Cuſtodes lecti fenix ⁊ durus Ulixes. Fenix eſt quedā volucris que eſt in Arabia: ⁊ eſt vnica in mundo. Uiuit eñ per quingētos annos: ⁊ tunc incendit ſeipſam: de cuius cineribus alia ſurgit. Et eſt fenix vna ſpecies per ſe qñ eſt volucris: ⁊ ſic impoſſibile eſt ꝙ morietur omnino. Et mirū eſt vnā auem cōſtituere ſpeciem. Unde quidā. Una cū ſit auis fenix res ꝑticularis. Quis non miratur ſi pro ſpecie reputaꝛ. ¶ Item fenix eſt aliqs natus de phenicia. Et eſt phenicia quedā patria: ⁊ tunc fenix eſt nomen gentile. Phenix eſt illa prouincia id eſt patria. ¶ Fenix eſt quoddā inſtrumentū factū ſcꝫ cythare ad modum fenicis. ¶ Conſtrue. Fenix dr̄ eſſe ceu legi idem ſicut legi quedā arbor: ⁊ quidā homo quedā volucris ⁊ populus ⁊ prouincia/ atqꝫ pro et: ⁊ fenix dicitur eſſe genus cythare ſcꝫ inſtrumentū.

Ferula

floresco

Floreſcit ferula: percutit ⁊ ferula.

¶ Hic docet autor ꝙ hec ferula le. aliquando eſt quedā herba que creſcit in Sardino monte. Unde Uirgilius. Florentes ferulas ⁊ grandia lilia carpens. ¶ Item ferula ferule eſt illud inſtrumentū quo diſcipuli ꝑcutiūtur in manibꝰ quod ⁊ alio nomīe palmatorium appellaꝛ (anglice a palmer) Et dicaꝛ ſic quia olim fiebat de illa herba que ferula vocaꝛ. Et pōt generaliter ſumi pro omni herba que verberat id eſt boletus (anglice a paddokſtole) Uñ Ouidius. Quadrupedem ferula dum malus vrget eques. ¶ Et dicitur ferula a ferio feris percuſſi ferire id eſt percutere. ¶ Conſtrue. Ferula id eſt illa herba floreſcit ⁊ ferula id eſt palmatorium percutit.

ff

Ficus Hic ficus eſt morbus/hec ficus fructus ⁊ arbor

fructus

¶ Autor hic docet ꝙ ficus aliquando eſt quidam morbus: ⁊ tunc declinatur hic ficus cus. cui. maſculini generis. ¶ hec ficus cus. cui. feminini generis eſt quedam arbor ⁊ fructus illius arboris (anglice a fygge or a fygtree). Sed ꝓ arbore ficus eſt feminini generis ⁊ ſecunde declinationis. Unde greciſmus. Eſt ficus morbus eſt ficus fructus ⁊ arbor. Dic hic pro morbo ſed dicas pro reliquis hec ¶ Unde alius. Arbore de fico maturas collige ficus. Sed timidos ficus nullus mihi mittat amicus. ¶ Tamen invenitur hec ficus fici fico ſecunde declinationis pro fructu. Unde Hieremie. xxiiij. capitulo. Et ecce duo calathi pleni ficis poſiti ante templum domini. Item Marci. xi. in medio. Nō enim erat tempus ficorum. ¶ Conſtrue. hic ficus eſt morbus: ſed hec ficus eſt arbor vel fructus. Et dicit̄ ficus a fecundus da. dum. quia fecunda eſt: q̄ bis vel ter in anno profert fructum.

Finis Finis conſumens eſt conſummatio finis
Eſt proprium finis quandoqꝫ fit actio finis:
Cuius plurale regiones dicimus eſſe..

¶ hic autor docet ꝙ quattuor modis dicit̄ finis. Nam finis dicitur aliquando conſumens: vt ignis eſt finis deſtructionis vel conſummationis domus: ⁊ tunc finis tenet ſe ad modum forme. ¶ Aliquando dicit̄ conſummans id eſt perficiens: vt finis adeſt operi. Et finis eſt proprium nomen cuiuſdam mulieris. ¶ Et finis eſt actio alicuius rei: vt finis vini eſt inebriare potantem. ¶ Conſtrue. Finis ⁊c̄. Cuiꝰ plurale ⁊c̄. Autor docet hic ꝙ finis in plurali numero ſignat regiones. vt ibi. Tranſiuit Jeſus per medios fines decapoleos. i. per medias regiones. Et declinat̄ hic vel hec finis dubij generis in ſingulari. Sed in plurali. hi fines tantum maſculini generis. Sed pro nomine mulieris dicitur hec finis tantum.

Focus Eſt altare focus. focus eſt locus/⁊ focus ignis

¶ hic docet autor ꝙ hic focus ci. aliquando idem eſt quod altare. Virgilius. Et munera libo intemerata focis. libo id eſt offero munera intemerata id eſt pura ſacrificia: ibi focis intellige id eſt altaribus. ⁊c̄. ¶ Focus eſt locus ille ſuper quem fit ignis (anglice a herte). Et focus eſt idem ꝙ ignis. ⁊ dicitur a foueo ues. quia fouet membra frigida. Vel dicit̄ a phos grece q̄d eſt lux latine: quia focus lucet aſtantibus. ¶ Conſtructio patet.

Frons Frons frondis foliū: frons frontis pars aīalis

folium

¶ hic docet autor ꝙ hec frons eſt equiuocū ad duo. Nam frons dis. i. ē q̄d folium. Unde Virgilius. Fronde ſuper viridi. ⁊c̄. Et tunc facit frondis in genitiuo. ¶ Et aliquando frons eſt pars capitis hominis ſiue alterius animalis. Unde Catho. Fronte capillata poſt eſt occaſio calua. Et ſic facit frontis in genitiuo: ⁊ eſt ſemper feminini generis.

¶ Conſtrue. Frons faciens frondis in gtõ eſt foliũ. ⁊ frons faciens frontis in genitiuo eſt pars animalis .i. hominis vel alterius

Eſt foꝛnix arcus templi/foꝛnixqꝫ lupanar

Foꝛnix

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ foꝛnix nicis. habet duas ſignificationes. Nam foꝛnix eſt arcus lapideus ſic dictus. qꝛ de toꝛtura foꝛnacis extrahiť: vel quia curuatus fit vt foꝛnax. Et qꝛ meretrices ſolent meretricari in hm̃oi foꝛnicibus: ideo ⁊ foꝛnix dr̃ lupanar .i. domus meretricũ (anglice a bordell hous. Ideo dr̃ foꝛnix q̃ſi foꝛmã necans .i. animã. qꝛ anima eſt foꝛma noſtra. Et foꝛnix coꝛripit penultimã in gtõ: ⁊ eſt maſculini generis. Hic foꝛnix nicis penultima coꝛrepta. Unde Iuuenalis. Lenonũ pueri quicunqꝫ in foꝛnice nati. Item dr̃ia eſt inter foꝛnix ⁊ foꝛnax vt patet per verſum. Eſt foꝛnix arcus: ſed foꝛnax ſaxa perurat.
¶ Conſtrue. Foꝛnix eſt arcus templi. qꝫ pro et. et foꝛnix eſt lupanar .i. domus meretricũ. et dr̃ foꝛnix a foꝛnax. ⁊c̃. ¶ Foꝛnix eſt arcus triumphalis: vt habeť Prouerbioꝝ. xx. vbi dr̃. Diſſipa impios rex ſapiens .i. debes diſſipare ꝯturbantes bonum cõmune. Et incurua ſup eos foꝛnicẽ .i. arcum triumphalem qui antiquitus erigebatur habita victoꝛia de inimicis.

Fucus apis/fucus coloꝛ/eſt deceptio fucus

Fucus

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ fucus habet duas ſignificationes. Nam fucus eſt apis nõ mellificãs poſtꝗ̃ amiſit aculeũ (anglice a drone). ¶ Et fucus eſt coloꝛ adulterinus ⁊ falſus. Unde Boetius. Mulieꝝ fuco ꝑfuſus. ¶ Et aliqñ poniť ꝓ deceptione. ſicut in hymno. Sunt multa fucis illuſa. fucis id eſt deceptionibus. Item alius. Non eſt in multis virtus quibus eſſe videtur. Decipiunt fucis lumina noſtra ſuis.

Fungus boletus/⁊ fungus dicitur ales

Fungus

¶ Hic docet autoꝛ ꝙ fungus habet duas ſignificationes. Nam fungus id eſt boletus (anglice a paddockſtole. Uel eſt quedã auis (anglice an oſtryſſhe) qꝛ vt aliqui dicunt eſt illa que comedit ferrum .i. ferreos clauos (anglice hoꝛſe nayles). ¶ Fungus dr̃ a fungoꝛ fungeris ſcdm̃ vocem. ſed a defungoꝛ defungeris ſcdm̃ ſignificatiões. Defungoꝛ defungeris id eſt moꝛi: quia comedentes fungos: ſicut plures faciũt in partibus tranſmarinis ſepius moꝛiuntur. Uñ Mercialis cocis. Defunctos fungis homines materne negabis. Boleti leti cauſa fueri tui.

Furfur auis/furfur quoqꝫ ſit purgatio meſſis

Furfur

¶ Hic docet autoꝛ ꝙ furfur habet duas ſignificationes. Nam furfur eſt quedam auis que alio nomine dicitur furfurio rionis: quia furfure viuit. Et furfur eſt purgamentum farris ⁊ farine quod alio nomine dicitur brennium (anglice brande). Et tunc eſt maſculini generis. nõ vere ſicut dixerunt quidã ꝯtra quos dicitur iſte verſus. Furfura qui dixit ſemper de furfure vixit. Alij dicũt ꝙ furfur pro purgatione bladi ſemper eſt feminini generis. Sed pro reſolutione in vrina eſt neutri generis. Unde ſcribitur. Ueſice ſcabies per furfura victa notatur.

ff

Futile Futile vas eſt quod cuncta recepta refundit
Sic homo futilis eſt/qui diſſipat omne qđ audit.

¶ hic docet autor ꝙ hic ⁊ hec futilis ⁊ hoc futile equiuocat ad duo. Nam futilis dicit res vel vas illud qđ nihil pōt retinere in ſe infuſum. Et hinc trāſlatione facta. ¶ Futilis dr̄ homo vanus/ſuꝑfluus/loquax/qui nihil ſcit celare: nec audita poteſt retinere. Et dicitur futilis ab hec futis tis. ti. Et futis eſt quoddā vas habens os latum ⁊ amplum: fundū vero acutiſſimū adeo ꝙ ſtare nō pōt. ¶ Conſtrue. hoc vas illud. vas eſt futile quod refundit cuncta id eſt omnia recepta in eo. Sic homo ille eſt futilis qui diſſipat id eſt diſſipando loquitur om̄e illud quod ipſe audit ab aliis.

Facio Cum facio libo/conuenio/noceoqꝫ

¶ hic docet autor ꝙ facio facis habet tres ſignificatiōes. Nā facere idem eſt quod libare. Unde Uirgilius. Cum facio vitulā: pro frugibus ipſe venito. Cū facio id eſt cum ſacrifico. ¶ Item idem eſt quod conuenire. Unde Ouidius. Medee faciunt ad ſcelus omne manus. faciūt ibi. id eſt cōueniunt. ¶ Et facio id eſt noceo. Unde Ouidius. Per venerem miſero que facienda tela. facienda id eſt nocentia. ¶ Item differētia eſt inter facere ⁊ creare. Facere eſt aliquid cōponere ex preiacenti materia. Sed creare eſt aliquid facere ex nihilo. Unde quidam. Ex aliquo facere eſt: ex nihiloqꝫ creo.

Facinus Dic facinus factū: pariter ſcelus: atqꝫ nefandū.

factum

¶ hic autor docet ꝙ facinus habet tres ſignificationes. Nā aliqñ ſumitur in bona ſignificatiōe ſcȝ ꝓ facto. ⁊ hoc ſemꝑ diſcernit ex adiuncta ſcȝ ex adiectiuo ſecum venienti in conſtructione. vt pulcrū facinus. ¶ Et facinus. i. ſcelus. i. malū factū. ¶ Et eſt idē qđ nephādū. i. malū vel malignitas. Et dr̄ hoc facinus oris. de facio cis. ¶ Conſtrue. Dic facinus eſſe factū. ⁊ dic pariter facinus eſſe ſcelus i. flagitiū/peccatū malū factū: ⁊ etiam dic facinus eſſe nefandum.

Facultas Artem: diuitias: ius ſignat ſola facultas.

¶ hic autor docet ꝙ hec facultas atis. equiuocat ad tria. Nam eſt idē ꝙ ars vel ſcientia: qꝛ reddit hoīm facilem ⁊ potentem ad reſpondendū obuiantibus ſibi. Et facultas eſt copia diuitiaꝝ. vt ibi. Inter opes multas cum ſit mihi facultas. Londoniis vel pariſius dego tantalus alter ego. ¶ Et facultas id eſt ius vel poſſibilitas. ¶ Conſtrue. hec ſola dictio facultas ſignat tria ſcȝ artē ſcientiam/diuitias id eſt copiam diuitiarum: ius vel vim: ⁊ credo ꝙ melior littera id eſt poſſibilitatem. Facultas dicitur de facilis vel facultas.

Fallo lis. Fallo falſificans: ſed fallo decipiendo.

¶ hic docet autor ꝙ fallo habet duas ſignificatiōes. Nā eſt falſum facere vel falſum dicere. ¶ Fallere. i. decipere aliquē in verbis. Unde falſus a. um. participium. Et falſus a. um. nomen. Sed falſus qñ eſt participiū tunc idē eſt ꝙ deceptus: vt ego ſū falſus. i. deceptus. Falſus nomē eſt ille q̄ fallit: vñ ille ē falſus

ff

qui credentes verbis ſuis fallit ⁊ decipit. Quales ſunt multi facundo famine culti. Fallo lis. fefelli lere. falſum ſu. in ſupino: verbũ actiuũ: cuꝰ actio ſepius modernis diebus apud diuites frequentaꝛ: ⁊ paſſionẽ illius plerũqȝ nos ſimplices experimur. ¶ Conſtrue. Ego falſificans id eſt faciens falſum: fallo decipiendo id eſt quando decipio.

Fert patitur dicit fert cupit atqȝ gerit. — **Fero fers**

¶ Hic docet autor ꝙ fero equiuocatur ad quattuor. Primo .i. pati. Uñ. Cũ patimur ferimus: facimus tũc qñ ferimus. Primũ ferimus ꝯ corripit penultimam/ ⁊ eſt idem qd patimur. Secundũ ferimus producit penultimã: ⁊ idẽ eſt qd ꝑcutimus. de fero is. iui .i. ꝑcutere. ¶ Itẽ fero .i. dico. Ut Ceſar fertur viciſſe Pompeium .i. dicitur. ¶ Et fero .i. cupio. vt ibi. Fert animas cauſus tantarum exꝑimere rerum .i. cupit. Uñ Ouidius. In noua fert animus mutatas dicere formas. id eſt cupit. ¶ Et fero .i. gero. Uñ illud. Medijqȝ per equora põthi fert predã .i. gerit vel portat. ¶ Fero fers tuli latum: verbum actiuũ ⁊ anormaluũ.

Bis duo poliſena componens dat fero verba — **Fero fers**
Effert ⁊ confert defert ⁊ deniqȝ differt

¶ Hic docet autor ꝙ fero dat quattuor composita de ſe: quorum quodlibet eſt equiuocũ per ſe. Et ſunt illa: effero/ confero/ differo/ ⁊ defero. Quorum ſignificationes inferius hic patebũt. ¶ Conſtrue. Hoc verbũ fero fers cõponẽs .i. faciẽs compoſitionẽ dat bis duo id eſt quattuor verba poliſena .i. pluriũ ſenſuũ id ẽ ſignificationum. ¶ Poliſenus a. um. componitur de polis qd eſt pluralitas et ſenes grece qd eſt ſenſus latine: quia plurium ſenſuum. ⁊ illa quattuor verba compoſita ſunt iſta ſcȝ effert/ confert. ⁊c̃.

Extollit dicit fert funus terminat effert — **Effero**
Mortuus elatus: elatus fitqȝ ſuperbus

¶ Hic docet autor equiuocationẽ iſtius verbi effero effers qd eſt ꝑmũ de quattuor cõpoſitis a fero de quibus fit mentio ſupra. ⁊ dicit ꝙ effero effers habet tres ſignificationes. Nam efferre id eſt extollere/ exaltare. vt ibi de virgine. Quibus te laudibus efferã neſcio .i. extollam vel exaltam. ⁊ tunc dr ab eo elatus a. um. id eſt ſuperbus arrogans. Efferre .i. portare funus .i. corpus mortuum extra domũ ad tumulum: ⁊ tunc deriuatur ab eo elatus a. um. id eſt mortuus a. um. ¶ Efferre ideſt terminare. Unde Priſcianus. Nomen tercie declinationis effert accuſatiuum caſum in em: id eſt terminat accuſatiuum in em. Et componitur effero de ex ⁊ fero fers extuli efferre elatũ tu. verbũ actiuum. ¶ Conſtrue. Hoc verbũ effert dat id eſt ſignificat iſta ſcȝ extollit fert/ funus ⁊ terminat. ¶ Mortuus ⁊c̃. Hic dicit ꝙ ab effero quando eſt fero funus venit elatus a. um. ideſt mortuus a. um: quia pro ⁊c̃: ⁊ elatus ſit ſuperbus quando dicitur de effero quod eſt idem quod extollo.

Proficit ⁊ donat loquitur etia confero ſignat — **Confero**

ff

¶ Hic autor agit de ſignificatione ſecundi verbi qđ cōponit̄ a fero ſcʒ cōfero/ dicens ꝙ confero habet tres ſignificationes. Primo id eſt proficere vt hic. nil confert quodcunqʒ petis: nil cōfert id eſt nil proficit. Hec medicina confert ad ſalutem corporis. ¶ Conferre ideſt dare vel donare: vt ibi. Confer mihi chriſte ſalutis munera perpetue id eſt da vel dona. ¶ Conferri .i. loqui: vt in euangelio. Qui ſunt hi ſermones quos cōfertis adinuicē ⁊c̄. ¶ Confero cōtuli collatum tu. ¶ Conſtrue. Hoc verbum confero ſignificat hec tria ſcʒ proficit/et donat/⁊ loquitur ⁊c̄.

Defert Hec tria dat defert/accuſat/portat/honorat.

¶ Hic docet autor de equiuocatione tercij compoſiti ſcʒ defero ers. dicens ꝙ equiuocat̄ ad tria. Nam deferre .i. accuſare: vt iſte deferebat illum id eſt accuſabat illum. vnde hic delator oris .i. accuſator. Et delatio onis. id eſt accuſatio ¶ Item deferre id eſt portare: vt ibi. Aurū thus deferentes id eſt portantes. ¶ Item deferre id eſt honorē impendere ſm̄ hanc ſignificationē conſtruitur cum datiuo caſu: vt defero tibi .i. honorem impendo tibi. Et cōiugatur. Defero fers. detuli re. delatum tu. in ſupinis. Et plerūqʒ inuenitur in hac ſignificatione in Boetio de conſolatione phie. ¶ Conſtrue. Hoc verbū defert dat ideſt ſignificat hec tria ſcʒ verba accuſo as. ⁊c̄. Defero pro impendere honorē eſt neutrum: ⁊ in alijs ſignificationibus eſt actiuum.

Differo Preteritum geminū: geminū dat differo ſenſum
disto Diſtat: prolongat hoc verbum differo ſignat
Differo pro diſto dat diſtitit abſqʒ ſupino:
Differt pro longo dat: diſtulit atqʒ delatum

¶ Hic docet autor de equiuocatione iſtius dictionis differo qđ eſt quartū cōpoſitum de fero de quo ſuperius facit mentionē. Dicit ergo ꝙ differo habet duas ſignificationes. Nam idem eſt qđ diſtare: homo differt ab aſino id eſt diſtat. Et in tali ſignificatione inuenitur ſepe differt imperſonaliter poſitum: vt non differt inter ſummum bonum ⁊ deum. Et tunc differo facit deſtiti in preterito quod accipit mutuo diſto diſtas: ⁊ caret ſupinis. ¶ Item differre id eſt prolongare: vt iſte diſtulit negocium meum id eſt prolongauit. Et tunc differo facit diſtuli in preterito ⁊ dilatum in ſupinis. Hugui. dicit ꝙ differo ſemper facit diſtuli in preterito. ¶ Differo pro longare eſt actiuum: ⁊ pro alia ſignificatione eſt neutrum. ¶ Conſtrue. Hoc verbum differo ſignificat hec duo verba ſcʒ diſto diſtas ⁊ prolongo gas.

Refero Pertinet ⁊ diſtat/narrat quoqʒ fert retro refert.
Accuſatiuum poſcit ſimul atqʒ datiuum:
Pro narro poſitum pro diſtat non regit vllum:
Aſt ablatiuum pronominis/aut genitiuum
Nominis exigit hoc pro pertinet arte volente.

¶ Hic docet autor de equiuocatione iſtius verbi refert qđ componit̄ de re/et fero fers. dicens ꝙ referre habet quattuor ſignificationes. Nam idē eſt retro ferre id eſt recitare/renſiciare/iterū ferre. Unde hec relatio onis. i. rei prioris ⁊ cognite iterata cognitio. Et relatiuus. a. um quod ad aliquid refert̄ vel potꝰ qđ iterū fert aliqđ ad memoriā quaſi iterum portatū. Cū em̄ dico ſortes legit/ per hoc nomē ſortes ſortis cognitionē ſubijcio ⁊ poſtea ſubiungo: ⁊ ipſe diſputat. per illud ꝓnomē ipſe ſortes refert̄ ad cognitionē. vnde illud ꝓnomen dicit̄ relatiuū qđ ſic aliquid referat. ¶ Item referre eſt narrare: vt referā tibi noua i. narrabo tibi noua: ⁊ tunc regit poſt ſe datiuū caſum ex vi acqſitiōis: ⁊ actīm ex vi tranſitionis. ¶ Item refert. i. diſtat: ⁊ ſm̄ hoc multociens tenet̄ imperſonaliter: vt nō refert an facias hoc an facias illud: ⁊ ſm̄ illam ſignificationē eſt abſolutū ⁊ nō regit aliquē caſum poſt ſe. ¶ Item refert id eſt prodeſt vel pertinet ad officiū vel ad vtilitatem alicuius: et pro eo imperſonale ſemꝑ eſt: vel fere ſemꝑ: ⁊ ꝯſtruitur cū gtō cuiuſlibet caſualis exceptis gtis quinqꝫ principalium ꝓnominū cū quibꝰ nō ꝯſtruit̄ ſed pro illis ꝯſtruit̄ cū ablatiuis femininis ſuorum poſſeſſiuoꝝ in ſingulari numero: vt refert henrici vel mea vel tua vel ſua vel noſtra vel veſtra vel illius ideſt prodeſt henrico vel mihi vel tibi vel ſibi vel nobis vel vobis vel illis vel pertinet ad officiū vel vtilitatē henrici vel meā vel tuā vel ſuā vel noſtrā vel veſtrā vel illius. ¶ Item refero cōſtruitur cum ablatiuis feminini generis iſtius nominis poſſeſſiui Cuius cuia. um. Ut cuia refert: vel genitiui ſui primitiui: vt cuius refert: ⁊ vtrumqꝫ bene dicitur. ¶ Conſtrue. Hoc verbum refert ſignificat iſta ſcꝫ pertinet ⁊c̄. ¶ Et refert poſitum pro iſto verbo Narro poſcit. i. petit habere poſt ſe accuſatiuū: atqꝫ pro et ⁊ ſimul datiuum: vt refero tibi noua. Sed refert poſitū pro diſtat nō regit vllū caſum ſed eſt abſolutum: vel forte non regit vllum. i. aliquē caſum immediate poſt ſe: ſed mediante prepoſitiōe bene regit: vt refert inter bonū ⁊ malū Aſt pro ⁊. et hoc ſcꝫ verbum refert exigit ablatiuū pronomis. i. ꝓnoīm principaliū ⁊ genitiuū nominis id eſt nominū pro ptinet. i. qn̄ idem eſt quod pertinet. hoc dico arte ſcꝫ grāmatice volente hoc ſic fieri.

Fercula nos ſaciant/ pͤlatos fercula portant **Ferculū**

¶ Hic autor docet equiuocationē iſtius nōis ferculū li. dicens ꝙ ferculū eſt prādiū qđ fertur de coquina alicui ſedenti in menſa (anglice a meſſe) Uel ferculū eſt quoddam genus ſcamni (anglice a ſoldinſtole) qđ poteſt claudi ⁊ aperiri/ quale videmus in eccleſia ſuper quo cantores ſedent in choro. Unde quidam dixit. Que poſſunt ſcamna claudi ſunt fercula dicta.

Hec tria fingo notat/ vt fingo poemata/ fingo **Fingo**
Quod non eſt/ fingo quod ſapienter ago.

¶ Autor hic docet ꝙ fingo gis. habet tres ſignificationes. nam fingere eſt ꝓprie agere more poetaꝝ. Nam poeta dicitur a poio pois poire poiui: id eſt fingere hoc eſt cōponere aliquid. ¶ Itē fingere. i. ſimulare qđ nō eſt verū. Et fingere eſt cōponere aliquid ſapient̄. Ut cōpoſitores lutifigulos vocamus. Sicut expoſitor pſalterij dixit ſuper illo verſu. Sicut vas figuli confringes eos. Itē preter iſtas ſignificationes fingere eſt conari/ facere/ formare/ plaſmare/ excogitare. Fingo cōiugatur fingo gis. finxi gere. fictū tu. in ſupinis. Et eſt actiuū cum ſuis compoſitis. ¶ Conſtrue. Fingo notat hec tria. ſ. taliter: vt fingo poemata: ⁊ fingo. i. ſimulo illud quod nō eſt verū. Et ſic poete faciunt vt Uirgilius Stacius. Et etiam fingo id eſt compono illud qđ ago. i. facio ſapienter.

Collectores

Collectiones

ff

Fundo Equiuoce lympham/vas/hoſtem/fundo p̄ceſq;.

¶ Hic docet autor ꝙ fundo dis. equiuocat̃ ad quattuor. nam fundere. i. effundere vt hic. Funde merū funde tanq̄ ſint fluminis vnde. Nec cures vnde: ſed fundas ſemꝑ abunde. ¶ Itē infundere. i. ꝓſternere/vincere/vel fugare vel occidere. Sicut in Uirgilio ⁊ Ouidio ⁊ alijs poetis multociens inuenit̃. Et fundere emittere: vt ibi. Fūdi preces ad dn̄m pro ſalute fideliū. Fundo declinat̃. Fundo dis. fudi fundere fuſum. ſu. in ſupinis. ¶ Itē fundere. i. ſpergere/fugare ¶ Conſtruc. Ego fungo equoce. i. equa voce vel vna voce lymphā. i. aquā et vas. i. ollam: ⁊ hoſtem. i. inimicū meum: q; pro ⁊: ⁊ preces.

w

Gallus Gallus auis gallus populus galluſq; poeta

63 | qworior Eſt gallus fluuius preſbyterum quoq; notat

¶ Hic docet autor ꝙ gallus hꝫ quinq; ſignificationes. Nā gallus eſt quedā auis domeſtica ſatis cognita. Et eſt vulgaris aſtrologus vt dicit Alan⁹ quaſi ſignans horas diei ⁊ noctis. ¶ Et gallus eſt aliquis natus de gallia. Et gall⁹ eſt ꝓpriū nomē alicui⁹ poete. Un̄ Uirgilius. Pauca meo gallo. i. meo amico q̄ vocat̃ gallus. ¶ Itē gallus eſt quidā fluuius in frigia vbi Troia quondā fuit: de quo homines potantes reddunt̃ inſani ⁊ ebrij: de quo quidam dixit. Eſt gallus fluuius qui bibit inde furit. ¶ Itē gallus dr̄ preſbyter cybeles. i. illius dee. Et cybele dicebat̃ a poetis mater omniū deorum: ⁊ eſt dea terre. Et declinat̃ hec cybele cybeles cybele cybelem cybele prime declinationis grecorum ¶ Conſtrue. Gallus eſt auis ⁊c̄. ⁊ inde dr̄ archigallus. i. pbr̄.

Galla Gallam gallus habet gallam quoq; ſutor ⁊ ilex.

¶ Hic docet autor ꝙ hec galla le. habet tres ſignificatiōes. Nā galla eſt proprium nomē cuiuſdā mulieris. Unde Iuuenalis. Profer galla caput ideſt o tu galla profer caput. ¶ Itē inſtrumētū ſutoris. i. formipedia (anglice a leeſt) ¶ Itē galla eſt fructus ilicis. i. quercus (anglice a okeapell) vel poti⁹ galla eſt (anglice a galle) cum qua fit incauſtum ſiue creſcat in ilice ſiue in alia arbore. ¶ Conſtrue. Gallus. i. aliquis natus de gallia habet gallā. i. talem mulierem vxorē. Uel ſm̄ quoſdā galla eſt illa criſta que eſt ſuꝑ caput galli (anglice a cōbe). Et tunc conſtrue ſic. Gallus. i. illa auis habet gallam. i. criſtā: ⁊ ſutor habꝫ gallā. i. formipedē: ⁊ ilex. i. quercus habet gallam. i. glandem.

Glans Glās glādis lapis eſt/glās glādis ī arbore fruct⁹

¶ Hic docet autor ꝙ glans dis. hꝫ duas ſignificationes: Nā glans eſt lapis rotundus qui proijcit̃ funda. Uel glādes dn̄r maſſe plūbee facte ad modum glandiū que proijciunt̃ a fundis. Unde Stacius. Nec mod⁹ aut lentare arcus aut fundere glandes. ¶ Itē glans dis. eſt fructus quercus (anglice a charne) quo fructu veteres ſolebant veſci anteq̄ vſus agriculture fuit inuētus. Unde Boecius de ꝯſo. phie libro primo. Facile q̄ ſera ſolebat ieiunia ſoluere glande. Et glans glandis hec glandula dule. et hoc glandinū glandini. i. nodus qui in cute naſcitur. Et eſt glandula (anglice a knell) qui naſcit̃ ſub cute ex abundantia humoris. ¶ Conſtrue. Glans glandis eſt lapis ſcꝫ qualis a funda iacitur vel maſſa plumbea facta ad modū glandis. Hec funda fūde/anglice a ſlynge Et glans glandis eſt fructus in arbore quercina. Et nota ꝙ ſcribitur ſemꝑ cū d in genitiuo ⁊ non cum t.

Pondus/perſonā/vox/lectio/femina pregnans Grauis
Quoqꝫ moleſtamur dicitur eſſe graue. Graue

¶ Hic docet autor ꝙ hic ⁊ hec grauis ⁊ hoc graue eſt equiuocū: quia determinare equiuoce omnia iſta ſubſtantiua poteſt que in verſibus ſuperius ponuntur. ¶ Conſtrue. Pondus eſt graue id eſt ponderoſum perſona dicitur grauis id eſt autentica. vox eſt grauis .i. baſſa: ꝫ pro ⁊: ⁊ omne illud quo nos moleſtamur id eſt grauamur dicitur eſſe graue. Et ſic hic ⁊ hec grauis ⁊ hoc graue habet ſex ſignificationes ſcꝫ iſtas: ponderoſus ſa. ſum. autenticus ca. cum. Groſſus ſa. ſum. Durus ra. rum. Grauidus da. dum. ⁊ Moleſtus moleſta moleſtū vt patet ſuperius.

Gratia/cauſa/fauor/meritū/dilectio/donum Gratia

¶ Hic autor docet ꝙ hec gratia gratie habet quinqꝫ ſignificationes. Nā gratia .i. cauſa. vt gratia veſtri hoc faciā qđ iubetis. ¶ Et idem eſt ꝙ fauor: vt veſtram gratiā operior .i. fauorē veſtrū expecto. ¶ Et idem eſt qđ meritum. Ut magnum beneficiū veſtra gratia promeretur .i. veſtrū meritum. ¶ Et gratia id eſt dilectio. vt iſti ſunt fraterne gratie indiſſolubili glutino copulati. ¶ Et gratia id eſt donum ſpiritusſancti. vt ibi. Diuiſiones gratiarum multe ſunt. ¶ Conſtrue. Gratia eſt cauſa. ⁊ ſic de alijs. ¶ Nota ꝙ tres que finguntur a poetis eſſe ſorores que fuerunt filie Jouis ⁊ Junonis ⁊ miniſtre veneris. Et dicitur gratia de gratis aduerbio.

Gratus eſt acceptus/gratus bñfacta recordans Gratus

¶ Hic docet autor ꝙ gratus a. um. habet duas ſignificatiões. Primo id eſt acceptus ta. tum. vel hic ⁊ hec acceptabilis et hoc le. Horatus. Grata ſuperueniet que nō ſperabitur hora. id eſt accepta vel acceptabilis hora. ¶ Et gratus id eſt memor bñficij accepti .i. remunerator bñficij accepti. Et gratū .i. gratias ſeruans/placitus/gratioſus a. um. ¶ Conſtrue. Gratus idē eſt qđ acceptus a. um. id eſt bonus a. um. vel placitus a. um. vel hic ⁊ hec vtilis ⁊ hoc le. Et gratus eſt recordans beneficia. id eſt memor beneficiorum acceptorum.

Gratulor eſt letor: ⁊ gratulor eſt ago grates. Gratulor

grates

¶ Autor docet hic ꝙ hoc verbum deponens gratulor gratularis equiuocatur ad duo. Primo id eſt letari vel gaudere. ¶ Et eſt idem quod grates agere. Exemplum pro gaudere. De veſtra proſperitate et ſtatu incolumi gratulamur. id eſt gaudemus ⁊ letamur. Exemplum pro grates agere. De beneficijs que nobis multociens ⁊ frequenter feciſtis: vobis ꝗ̄ poſſumus gratulamur. ¶ Conſtrue. Hoc verbum gratulor eſt idem qđ letor aris. ⁊ gratulor eſt idem quod ago grates. Et dicitur de gratus grata gratum.

6

Genus Eſt genus in ſpecie modus eſt genus accidit atqꝫ

ℭ hic ponit autor equiuocationē iſtius dictionis hoc genus eris. dicens ꝙ equiuocat ad quattuor. Nam genus eſt ſm̄ Porphirium qđ predicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid eſt: ⁊ ſic omīa animalia faciunt vnū genus ſed non vnam ſpeciem. quia differūt animalia ſpecie. Alia enim eſt ſpecies humana: ⁊ alia ſpecies leonina/ ⁊ equina/ ⁊ aſinina. Uel genus eſt collectio aliquoꝝ deſcendentiū ab vno principio. ℭ Et genus eſt modus id eſt maneries. vt iſte eſt boni generis id eſt maneriei. Et genus eſt ſtirps. vt iſte eſt de meo genere id eſt de mea ſtirpe ſeu progenie (anglice kynred. ℭ Et genus eſt accidens partiū orationis. vt Magiſter cuius generis? reſpondetur maſculini ℭ Conſtrue. Genus eſt in ſpecie id eſt genus eſt cōmunis natura que eſt in rebus diuerſaꝝ ſpecierum. et genus eſt modus id eſt maneries vel conditio. Et genus eſt ſtirps id eſt progenies, proſapia. Atqꝫ pro ⁊. ⁊ genus accidit id eſt accidens partium orationis. ℭ Et genus preter ſignificationes iſtas eſt ſanguis vel origo vel qualitas ſubſtantialis.

Glis tris. Glis animal/ glis terra tenax/ glis lappa vocat̄.
Ris animal: ſis terra tenax: tis lappa vocatur
Hic animal: hec terra tenax: hec lappa vocatur

ℭ Autor hic docet equiuocationē iſtius dictionis glis. Dicens ꝙ equiuocat̄ ad tria. ⁊ ſm̄ diuerſam ſignificationē ſumit ⁊ declinationē. Nam glis eſt quoddam animal quod per totā hyemem dormit et efficitur inſpicientibus: quaſi mortuum (anglice a dormous): ⁊ ipſa cum dormitione pingueſcit. Un̄ inducit̄ de ſeipſo loquēs per proſopopeiam ſic. Tota mihi dormit̄ hyems ⁊ pinguior ipſo Tempore ſum quo nil me niſi ſomnus alit. Aut enim. Eſtate reuigilās reuiuiſcit. ⁊ tunc pro tali animali glis eſt maſculini generis ⁊ facit gliris in genitiuo vt hic glis gliris. ℭ Item glis eſt terra tenax id eſt terra argilloſa (anglice claye) ⁊ tunc eſt generis feminini ⁊ habet gliſſis in genitiuo. ℭ Itē glis eſt lappa: que alio nomine dicitur cardo (anglice a burre). Et tunc declinat̄ hec glis huius glitis. ℭ Conſtrue. Glis vocatur animal. ⁊ glis vocatur terra tenax: et glis vocatur lappa. Ris animal id eſt quando eſt animal facit ris id eſt gliris in genitiuo et quando vocat̄ terra tenax habet ſis. id eſt gliſſis in genitiuo. Et quando vocatur lappa habet tis. id eſt glitis in genitiuo. ℭ hic animal id eſt glis quando eſt animal eſt maſculini generis. vt hic glis gliris. quando eſt terra tenax eſt generis feminini: vt hec glis gliſſis: ⁊ quando eſt lappa eſt etiā feminini generis: vt hec glis glitis.

Gliſco. Corporis exigui glires animalia dico.
Splēdeo Brumali ſtertunt/ eſtiuo tempore viuunt.
Somno pingueſcūt/ hinc gliſcere creſcere dicūt.
Pelle nitent glires/ hinc gliſcere pelle nitere.
Sic igitur gliſco notat hec duo ſplendeo creſco

¶ Hic docet autor de equiuocatiõe iſtius verbi gliſco cis. Et p̃mo docet cauſam ſue equiuocationis ꝑ quaſdā ꝓprietates que ſunt in ſuo primitiuo qđ eſt glis ris. Primo igit̃ dicit ꝙ glires ſunt quedā animalia exigue quantitatis que ꝑ totā hyemem dormiunt ⁊ vigilant in eſtate. ⁊ per ſomnū creſcunt pinguedine. ideo gliſco id eſt creſco. ⁊ deriuatur a glis gliris. ⁊ eſt gliſco idem quod creſco cis. quia glis dum dormit creſcit pinguedine. ¶ Item gliſcere id eſt ſplendere id eſt nitere. Et hoc ideo qꝛ glires habent pellem ſplendidam. Et ſunt glires (vt aliqui dicunt) vermes ſplendentes in nocte qui alio nomine dicunt̃ noctiluce quaſi nocte lucentes id eſt ſplendentes ideo gliſcere quod ab eo deriuatur. eſt pelle nitere id eſt ſplendere. Et ſic patet ꝙ gliſcere habet duas ſignificationes ſcȝ creſcere ⁊ ſplendere. ¶ Gliſco cis caret preterito ⁊ ſupinis gliſcere. ¶ Item gliſco preter iſtas ſignificationes habet ſignificationes alias. Nam gliſcere id eſt cupere vel deſiderare/ ardere/tumeſcere/pingueſcere/ſuperbire/vel indignari. Unde notentur iſti verſus. Et gliſco cupere/ſplendete/creſcere ſicqȝ. Ardet pingueſcit/tumet/indignanſqȝ ſuperbit. ¶ Cõſtrue. Glires dicti id eſt vocati animalia exigui corporis ſtertunt brumali tempore id eſt hyemali tempore. ⁊ viuunt id eſt vigilant eſtiuo tempore id eſt in eſtate ⁊ eſtiuali tempore. Quia et iſti glires pingueſcunt ſomno id eſt fiunt pingues per ſomnū. dicūt. i. clerici dicūt hinc. i. pro illa cauſa gliſcere. i. creſcere. Itē iſti glires nitent. i. ſplendent pelle. i. nocte. hinc. i. ideo gliſcere idem eſt quod nitere in pelle ſcilicet ſic. Igitur. ⁊c̃. et igitur id eſt propter iſtas cauſas aſſignatas hoc verbum gliſco notat id eſt ſignificat hec duo. ſplendeo des. ⁊ creſco cis.

Diſcute quid ſit glos/lignū/vel femina/vel flos. Glos
Glos gloſſis lingua/⁊ ſit filia gloſaqȝ gloſſa
Glos gloſſis lignum vetus eſt de nocte ſerenum
Glos gloris flos eſt/illius gloria dos eſt
Glos etiam glotis dicetur femina fratris.

gloria

¶ Hic docet autor ꝙ glos habȝ tres ſignificatiões. Nā glos eſt vetus lignū de nocte ſplendens quale frequenter videt̃ illis qui nocte ſpaciant̃ in ſyluis (anglice globerte. Et tunc declinat̃ hic glos gloſſis in gtõ. ¶ Itē glos gloſſis. i. lingua cū duplici ſſ. Un̄ quidā. Os frangit gloſſa tñ in ſe nõ habet oſſa. Et de hec glos gloſſis: vel de hec gloſſa gloſſe. ꝓ lingua deriuat̃ hec gloſa ſe. ꝑ ſimplex ſ. Et eſt gloſa expoſitio ſentētie alicuius libri litterā cõtinuans ⁊ exponēs. ¶ Et glos eſt quidā flos qui ſcđm quoſdā vocat̃ (anglice poſte crowne. Et inde finiſtum amorē deriuat̃ hec gloria glorie. Scđm vero hugui. gloria deriuatur a glorius a. um. ¶ Itē hec glos glotis eſt femina fratris tui. i. vxor tua. Un̄ quidam dixit. Cui ſociatus adeſt frater tuus hec tua glos eſt. ¶ Conſtrue. O lector diſcute. i. diſquire id eſt cognoſce quid hoc nomen glos ſit qꝛ eſt lignū vel femina vel flos. Qñ eſt lignū facit gloſſis in gtõ. ¶ Item dicit autor hic ꝙ glos gloſſis id eſt lingua lingue: ⁊ ab inde deriuat̃ hec gloſſa gloſſe quod idē eſt ꝙ hec gloſſa ſe. ⁊ hoc inuenit̃ ex hoc qđ dicit in littera: gloſa vel gloſſa eſt eiꝰ filia id eſt deriuat̃ a glos tanq̄ filia a matre. ¶ Uel videtur ꝙ iſte verſus ſcȝ glos gloſſis lingua. ⁊c̃. Nõ eſt verſus iſtius libri qꝛ autor nõ facit mentionē de tali ſignificatione qđ glos gloſſis eſt idem qđ lingua cū dicit niſi tres ſignificationes eſſe de glos. de quarum numero glos pro lingua non eſt. Glos gloris. ⁊c̃. ¶ Conſtrue. Glos faciēs gloris eſt quidam flos: ⁊ gloria eſt dos illius. i. data

6

ſeu deriuata ab eo. Et etiam glos faciens glotis dicit᷑ femina .i. vxoꝛ fratris.

Gero.

Poꝛto repꝛeſento/facio/tria fert gero ſenſa.

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ gero geris geſſi rere. habet tres ſignificationes. Nã idẽ eſt quod poꝛtare: ⁊ hoc in pꝛopꝛia ſignificatione. Unde componitur Nugiger gera gerum: id eſt poꝛtans nugas de loco ad locum. ¶ Et gero .i. repꝛeſento. vt iſte gerit perſonam hyſtrionis .i. repꝛeſentat. ¶ Et gero .i. facio. Et inde hoc geſtum geſti .i. factũ. Unde Galterus in alexandreide ſic incipit. Geſta ducis macedum ⁊c̃. ¶ Cõſtrue. hoc verbũ gero fert .i. ſignificat hec tria ſenſa .i. has tres ſignificationes ſcilꝫ poꝛto poꝛtas ⁊c̃. Et coniugatur ſic. Gero geris geſſi gerere geſtum tu. in ſupinis verbum actiuum. ¶ Item gerere .i. adminiſtrare ſecundum Huguitionem.

gaudeo

Geſtio.

Geſtio pꝛo cupio/pꝛo gaudeo geſtio pono.

99 humor

¶ Hic ponit autoꝛ equiuocationẽ in illo verbo geſtio geſtis geſtiui geſtire: dicens ꝙ equiuocat᷑ ad duo. Nam geſtire .i. cupere. vt hic. Multa geſtimus propter que ſepe perimus. geſtimus ibi id eſt cupimus. ¶ Item geſtire .i. gaudere. Sed pꝛopꝛie id eſt maloꝛum gaudere bonoꝛum. Unde geſtire eſt motu coꝛpoꝛis gaudia repꝛeſentare: ⁊ facere quod ſapientem nõ decet. Unde notentur iſti verſus. Gaude ſed noli fili geſtire benignus. Gaudet coꝛde malus coꝛpoꝛe geſtit item. ¶ Conſtrue. Ego pono hoc verbũ Geſtio pro cupio cupis. Et ego pono hoc verbum geſtio pro gaudeo.

Ibis

Ibis auis/doꝛchas eſt ibex/inuidus ibis.
Ibidis hec/medius facit ibicis/inuidus ibis

pothecta domus
ni victus bru=
ibus omnis
invidus
ibex
72 invideo

¶ Finita illa parte in qua tractauit autoꝛ de equiuocis incipienti. de littera G Iam tractare intendit de his que incipiunt ab I que eſt pꝛoxima littera huic littere G a parte poſt. Et ſi obijciatur de H. que eſt figura media inter G/⁊ I/ dicatur ꝙ h non eſt littera: ⁊ ideo autoꝛ non facit capitulum de ea. ¶ Ponit ergo equiuocationem in iſta dictione ibis que equiuocatur ad duo. Deinde ponit differentiam inter ibis ⁊ ibex. Pꝛimo ergo dicit ꝙ ibis equiuocatur. Eſt enim quedã auis cum longo roſtro (anglice a ſtoꝛke) de qua loquitur Hoꝛatius dicens. Te quocunqꝫ rapit roſtratam vidimus ibim. Et eſt ibis auis immũda: qꝛ in veteri teſtamẽto fuit ꝓhibita comedi. vñ ſcribit᷑ Leuiti. xi. ca. Bubonẽ ⁊ iugulũ ⁊ ibim nõ comedetis. Et ſm̃ aliquos ẽ auis que viuit ex cadaueribus: qđ falſum eſt. qꝛ manifeſtũ eſt ibim nõ viuere cadaueribꝰ. ¶ Itẽ ibis ponit᷑ pro inuido. Uñ Ouidius ſcripſit vnũ librũ quẽ intitulauit. In ibim id eſt contra ibim inuidũ .i. aduerſarium ſuũ: qui cum vxoꝛe ſua mechabatur. ¶ Sed ibex icis. ſm̃ iſtũ autoꝛẽ eſt genus ſerpentis. Sc̃dm vero Hugui. eſt genus quadrupedis ſcꝫ capra que doꝛchas dicit᷑ alio nomine. Et dicunt᷑ ibices quaſi aues: qꝛ ad inſtar auium ardua ⁊ excelſa teneant et habitant in ſublimi. Et ſi qñ aduerſitatem hominũ vel ferarũ ꝑſenſerint: de altiſſimis ſaxoꝛum ſeſe pꝛecipitãtes in ſuis coꝛnibus illeſas ſe ſuſcipiũt. Uñ ſcribit᷑ de illis Pꝛimo regũ xxiij. ca. Saul ꝑrexit ad inueſtandũ Dauid ⁊ viros eius ⁊ ꝑ abruptiſſimas petras que ſolis ibicibus ꝑuie ſunt ibicibus (anglice a wylde gote oꝛ a tayndere) id eſt talibus capris ſuperius memoꝛatis. Uñ quidam Ibex ibicis eſt animal quod cornua geſtat. Eſt enī capra dorchas grece vocitata. Iber ibicis auis ē niliqꝫ fluentis. ¶ Conſtrue. Ibis eſt auis iber eſt dorchas vel ſerpens: ſed magis placet dorchas. ⁊ ibis eſt inuidus. ¶ Ibis. ⁊c̄. hic docet ꝙ ꝑdicta nomina variant̄ in obliquis: dicens ꝙ ibis quando eſt auis: tunc declinat̄ hec ibis huius ibidis. Sed dic ꝙ facit ibis vel ibidis in gtō. Et iber declinat̄ hic iber ibicis penultima correpta in gtō. Et ibis pro inuido declinat̄ hic ibis huius ibis in gtō. ¶ Ibicū corripit mediā ſyllabā ſiue producit. hec iber ibicis producit mediam in obliquis: ⁊ eſt auis aquatica ſerpētibus inimica: ⁊ pro eadem dicitur hec ibis ibis. ¶ Et hec iber ibicis mediā corripit in obliquis. ⁊ eſt aīal de genere ceruoꝝ verſus. Iber cis. auis eſt niliqꝫ fluenta. Ut dicunt habitat: roſtro ſuo vilia purgat Ibidis ac ibis genitiuus cum facit ibis. Tunc auis eſt ibis: ⁊ dicitur inuidus ibis. Qđ notat ibicis iber: notat ibicis ibis. Et iber quadrupes auis ibis inuidus ibis. Scđm gloſam in hoc loco poteſt producere mediā ſiue corripere. quia poteſt exponi de aue ſiue de quadrupede. Sed melius eſt ꝙ corripiatur pro quadrupede. Unde quidam magnus magiſter dixit. Cornua fert iber iob teſtis. ⁊ ibidis inde.

Jacinctus lapis eſt/ flos eſt/ iacinctus homoqꝫ Jacinct⁹

¶ hic autor docet ꝙ iacinctus eſt equiocū ad tria. Nā primo eſt lapis precioſus videlicet genus ſaphiri. ¶ Et eſt quidā flos blauij coloris (anglice a violet ¶ Et hyacinctus eſt ꝓpriū nomen viri ſeu ſancti. ¶ Conſtrue. Jacinctus eſt lapis. ⁊c̄. Jacinctus ta. tum. id eſt blauius a. um.

Sunt iuga mōtis/ ſūt iuga tele/ ſunt iuga currus Juga.

¶ hic docet autor ꝙ iuga habet tres ſignificationes. Primo iuga ſunt cacumina montiū ſiue ſumitates. ¶ Et iuga ſunt illa ligna ꝗbus tela terenda ligatur. i. quedā inſtrumenta textoꝝ. ¶ Juga ſunt colūbaria boum ſiue equorum trahentiū in curru: ⁊ ſunt iuga ſic inſtrumenta currus. hoc iugū gi. dicitur de iungo gis ere. ¶ Conſtrue. Juga ſunt montiꝫ. i. cacumina montiū. ⁊ iuga ſunt tele. i. inſtrumenta in quibus tela texitur hec tela le. (anglice webbe). Et dicitur de telon grece quod eſt longum latine. ⁊ iuga ſunt currus id eſt inſtrumenta bige ſiue aratri.

isopus est herba isopo spergitur unda/ isopus

Jus ſuccus/ ius rectum/ ius ipſa poteſtas Jus
Jus eſt cauſa/ locus eſt vbi cauſa datur Juſticia

¶ hic autor docet ꝙ hoc nomen ius habꝫ qnqꝫ ſignificatiōes. Primo. i. ſuccus (anglice iuce) Uñ. Ut facias offas de iure meo tibi do fas. Jus. i. rectū ſeu rectitudo. Ut nihil faciā tibi niſi ꝙ exigit ordo iuris. ¶ Et notā differentiam inter ius ⁊ fas. Jus eſt lex humana: ſed fas eſt diuina. Uñ tranſire ꝑ alienū agꝝ fas eſt ſed non ius eſt. Et differūt ius ⁊ iuſticia: ius eſt ars boni ⁊ equi: ſed iuſticia eſt cōſtans ⁊ ꝑpetua volūtas ius ſuū vnicuiqꝫ tribuens. Inſtitutis de iuſticia ⁊ iure in principio. Et ius eſt ipſa ptās iuris: vt transfero in te meū ius. i. poteſtatē iuris. ¶ Et ius. i. locus vbi ius exercet̄. vt clericus conſtituitur in iure. i. in loco iuris coram vibis. ¶ Conſtrue. Jus eſt ſuccus/ ius eſt rectum/ ius eſt ipſa poteſtas iuris: ⁊ ius eſt cauſa: ⁊ ius eſt locus vbi cauſa deciditur. i. terminatur. Jus deriuatur de iubeo es. ere. iuſſi iuſſum.

Ignis

Ignis feruorem ſtudii: dat fulmen/amorem
Eſt elementatum: ſolis calor: ac elementum

¶ hic ponit autor ꝙ hoc nomen ignis eſt equiuocū ad ſex. Nā ignis denotat
feruorē ſtudij vt hic. Ocia ſepe extingunt ignē mentis.i.feruorem ſtudij. ¶ Eſt
ignis.i.fulmen. Virgilius. imbribus ignes excutimus curſu ignes.i.fulmina.
¶ Ignis.i.amor. Vñ Ouidius. Loqtur excepto paulatī carpit̄ igne.i.amore.
¶ Itē ignis.i.elementū.i.iſte ignis q̄ eſt apud nos magis dr̄ elementatū ꝙ̄ ele
mentū: qr nō eſt purus ignis niſi in ſpera ſua: ⁊ ibi eſt pur9 elementū. Et ſic de
alijs elementis poteſt dicere ꝙ iſtā q̄ videmus ſunt elementata ⁊ nō elementa
¶ Ignis.i.calor ſolis. vt ibi. Cōpeſcūt ignibus ignes. ¶ Ignis.i.elemētū pur9
in ſua ſpera. ¶ Conſtrue. Ignis dat.i.ſignificat feruorē ſtudij. ⁊ ignis dat.i.ſi
gnificat fulmen.i.fulgur (a lyghtenynge) ⁊ ignis eſt elemētatū ſcꝫ quo vtimur
⁊ ignis eſt calor ſolis: ac pro ⁊: ⁊ eſt quoddā elementū. Et ſūt quattuor ſcꝫ aer.
Ignis Terra ⁊ Aqua. Et ignis componitur de in ⁊ gigno nis.

Indiuiduum.

Eſt indiuiduum corpus/quo non minus vllum
Eſt quod duricia nequit iſte ſecure vel ille.
Ac indiuiduum nimio dicatur amore
Diſcretum tandem/ſub voce tenetur eadem.

¶ Autor hic docet ꝙ hoc nomē indiuiduū dr̄ quadrupliciter pōt ſumi. Nam
minimū corpus qd propter ſui paruitatē diuiſionē non recipit dr̄ indiuiduū: vt
athomus ⁊ eſt illa minima feſtuca q̄ apparet in radio ſolis. Et dr̄ athomus ab
a qd eſt ſine: ⁊ thomos diuiſio vel ſectio quaſi ſine diuiſione vel ſectione. ⁊ non
dr̄ indiuiduū ideo qr oīno diuidi nō pōt: ſed qr nō recipit ſectionē ſenſui ſubia
centē. ¶ Itē indiuiduū dr̄ illud qd ꝓpter duriciā diuidi nō pōt. ⁊ ſi pōt cū ma
gna tñ difficultate: vt adamas/dyamas (a dyamunde) qui nō frangit̄: vt dicit
Iſidorus. Niſi cū recenti ſanguine hirci. ¶ Itē aliqd dr̄ indiuiduū qd alicui ar
ctius amoris vinculo colligat̄. vñ Ouidius. Sūt indiuidue mēs mea ſicq; tua
¶ Itē indiuiduū dr̄ qd p inferiora ſue nature phiſice diuidi nō pōt: vt ſocrates
¶ Conſtrue. Illud corpus eſt indiuiduū quo nullū corpus eſt minus: vt atho
mus: ⁊ illud eſt indiuiduū quod ille vel iſte nequit id eſt nō poteſt ſecare id eſt
diuidere: duricia ablatiuus eſt id eſt propter duriciā: vt adamus. atq; pro ⁊: et
aliquid dicatur indiuiduum nimio amore id eſt propter magnitudinē amoris
Indiuiduus componitur de in ⁊ diuiduus a.um.

Inueſtis

Inueſtis ſine veſtibus/inueſtis ſine barba
Inueſtis mulier/inueſtis pauper habetur

¶ Autor docet hic ꝙ inueſtis habet duas ſignificatiōes. Primo dicit̄ aliquis
vel aliqua ſine veſtibus: vt pauper eſt inueſtis.i.ſine veſtibus (anglice naked).
¶ Inueſtis eſt aliqs vel aliqua nō habēs barbā. Vñ Mulier eſt inueſtis.i.ſine
barba. ¶ Et idē eſt qd ſolutus a.um.i.ſine ꝯiuge: vt iſta mulier eſt inueſtis.i.ſo
luta. ¶ Cōſtructio patet. hic ⁊ hec inueſtis ⁊ hoc te. cōponit̄ de in ⁊ hec veſtis tis.

1

Dicitur ingratus non acceptabilis / ⁊ qui Ingratꝰ
Immemoꝛ accepti ſolet ingratus benefacti

¶ hic autoꝛ docet ꝙ ingratus dupliciter ſumiꝛ. pͥmo dicꝛ aliꝗs ingratus qui nō eſt dignus acceptari vel admitti in ſocietatē vel amiciciā alicuius boni viri ⁊ hoc propter turpitudinē quā inuoluit viciorꝫ vel aliqđ ſimile. Et dicꝛ ingratum qđ nō eſt acceptabile. Itē ingratus.i.nō gratus: vt ꝗ accepti beneficij nō memoraꝛ. ¶ Conſtrue. Aliquis ingratus dꝛ nō acceptabilis .i.nō dignus acceptari. Et ille ſcꝫ eſt ingratus ꝗ ſolet eſſe immemoꝛ alicuius beneficij accepti ab aliquo amico. Ingratus a.um. componitur de in ⁊ gratus a.um.

Quod vacuū manet / atqꝫ cauū / leue ferꝛ inane. Inanis

¶ Autoꝛ hic docet ꝙ hic ⁊ hec inanis ⁊ hoc ne. eſt idem qđ vacuus a.um. vt ibi Terra erat inanis ⁊ vacua. ibi ⁊ teneꝛ pro id eſt. ⁊ exponiꝛ ſic. Terra erat inanis.i.vacua. ¶ Et inanis.i.cauus a.um. vel concauus a um. vt firmamentum dicitur inane.i.concauū: ſic vndiqꝫ verꝫ. vnde ꝯuexū. Item inane.i.leue. vt mulier moueatur inanis. ¶ Conſtrue. Illud eſt inane qđ manet.i.eſt vacuum ⁊ illud eſt inane quod eſt cauum. ⁊ illud ferꝛ.i.vocaꝛ vel dicꝛ inane quod eſt leue ¶ Inanis componitur de in ⁊ vanus vana vanum.

Immanis magnus / eſt ferus atqꝫ nocens immanis

¶ hic docet autoꝛ ꝙ hic ⁊ hec immanis ⁊ hoc ne. habet duas ſignificationes. Nam immanis.i.ferus a.um. vel crudelis vel immanſuetus. ¶ Et idem eſt qđ nocens non bonus vel ſine bono. Et qꝛ magna ſolent eſſe crudelia ⁊ fera ⁊ terribilia: igitur immanis inuenitur pro magno et grandi. ¶ Conſtrue. Immanis eſt magnus. ⁊c̄. Et componitur de in / ⁊ manon grece quod eſt bonū latine quaſi non bonum.

Immunis qui nil pꝛeſtat / cui nil datur expers immunis

¶ hic docet autoꝛ ꝙ hic ⁊ hec immunis ⁊ hoc ne. habet duas ſignificationes Nam immunis eſt ille qui cum quid ab alio recipit nil reſpondit. ¶ Et immunis eſt ille cui nil datur cū alijs aliquid tribuitur. ¶ Item immunis.i.expers vel cōſors: qđ idē eſt. vt iſte qđ ſibi imponitur eſt immunis.i.expers vel exſors. (anglice gyltleſſe). ¶ Et immunis.i.carēs officio. Virgilius in georgicis. Immuniſqꝫ ſedet aliena ad pabula fucus. Et componiꝛ ſm hug. ab in. ⁊ hoc munium nij.i.debitū officij vel tributū vel munus. Et dicitur immunis quaſi ſine munis.i.ſine tributo ſcꝫ liber qui nulli eſt tributarius. Vñ ⁊ ſepe dicitur immunis expers alienus ſine parte. ¶ Item immunis eſt qui non facit munia.i.officio nō fungitur: ſed omī priuilegio ⁊ dono vacuus: vicioſus: piger: ventri indulgens. Et conſtruitur cum genitiuo vel ablatiuo. vt iſte eſt immunis criminis vel crimine.

Impꝛobus eſt perſeuerans, ꝓbus atqꝫ pꝛoteruus Impꝛobꝰ

¶ Autoꝛ docet hic ꝙ impꝛobus a.um. habet tres ſignificatiōes. Primo id eſt

l

Later cis Equiuoce vinumq; later ⁊ lympha vocatur
Eſt idcirco later vinum quoniam latet vua
Lympha later ideo / quoniam terra latet ima

limpha
lateo
lena // Lenonem lena non diligit abſq; crumena

❡ Autor docet hic ꝙ hic later lateris equiuocat ad duo. Primo later .i. vinū / ⁊ tunc dicit a lateo lates: qꝛ in vua latet. ❡ Item later .i. aqua: ⁊ tunc dicitur a lateo lates: qꝛ latet in ima terra .i. ꝓfunda terra: vel qꝛ latet in ymo .i. in ꝓfunditate terre. ❡ Construe. Later vocat equiuoce vinū ⁊ nympha: later eſt ideo vinū quaſi .i. quia latet in vua vnde vinū exprimitur. Et later eſt ideo lympha .i. aqua quaſi latet in yma terre .i. ꝓfunditate terre: ⁊ eſt maſc. gñis later.

Latꝰ eris Coſta latus lateris laterem dat tegula later.
Eſt aſportatus latus quoq; dicitur amplus

lapis
later
latus

❡ Hic docet autor equiuocationē iſtius noīs latus: ⁊ deinde ponit differentiā inter hoc latus eris in genitiuo: ⁊ hic later qđ ſimiliter facit lateris in genitiuo. ❡ Itē ponit differētiam inter latus cuius prior corripitur ⁊ latus cuius prior producitur. Dicit ergo ꝙ latus .i. coſta (anglice a ſyde) eſt ſubſtantiuum ⁊ declinatur hoc latus lateris corripit hanc ſyllabā la / vbiq;. ❡ Item latus eſt participium de fero fers: ⁊ tunc idem eſt qđ portatus ⁊ tot ſignificationes habet ſicut fero: ⁊ tūc declinatur latus lata latū. ❡ Item latus eſt nomen adiectiuū .i. ſpacioſus amplus. Unde Ouidius. Pars maris ⁊ latus ſubitarꝫ campꝰ aquarum. latus ibi .i. ſpacioſus vel amplus. ⁊ tūc ꝓducit vbiq; hanc ſyllabam la. ſiue ſit participiū ſiue nomē adiectiuū. ❡ Itē later lateris eſt gleba cocta de q̄ fit murus ⁊ vnde domus tegunt (anglice a tylſtone or a bryke). ❡ Et nota ꝙ priſcianus dicit hoc nomen deficere in oībus caſibus ſingularibus ⁊ pluralibus preter actm̄ ſingularis numeri ſcꝫ laterem. Nos tñ vtimur hoc nomine in vtroq; in quolibet caſu. ❡ Itē nota hanc naturā eſſe lateris ꝙ quanto plus abluit tanto plus exaſperaſcit ⁊ deterior fit. Uñ quidam predicans fatoꝛ interrogans quid fecerit: legit reſpondiſſe. Littus aro / laterem laui dū predico prauo. Unde alius dixit. Uerba ſerit vento qui predicat infatuato. ❡ Conſtrue. Latus faciens lateris .i. coſta vel tegula operimentū vel tectura domꝰ / dat laterem .i. hic later lateris. Et latus a. um. aſportatus a. um. dr̄ amplus a. um. ❡ Hoc latus lateris: latus lata latum: deriuat de lateo es. Et later lateris dicit a latus a. um. participiū: quoq; pro ⁊ cꝫ.

Lenā ne. Lena clamis tibi ſit ⁊ ſtupri conſiliatrix.

❡ Hic autor docet equiuocationem iſtius dictionis hec lena ne. dicens ꝙ lena eſt idem ꝙ clamys clamydis (anglice a mantyll) vt induo te lenā ideſt clamydem. ❡ Item lena eſt idem quod meretrix. Unde illud. Lenonem lena nō diligit abſq; crumena id eſt burſa. Et loquitur figuratiue per metonomiam / quia crumena quod burſa eſt ponitur pro pecunia quam continet. ❡ Conſtrue. Lena ſit tibi clamys id eſt mantellus: et lena ſit conſiliatrix ſtupri id eſt meretrix (anglice a baude).

lepus | na lepus eſt animal quoq; lepos facundia fandi

libertus | libertate carens colibertus dicitur eſſe

libo | libo dum guſto libo quoq; ſacrifico

L

Lens lendis capiti/ lens lentis conuenit ori.
Lens mordet per d/ mordetur ſi capiat t.

lens tis.

Lentus in umbrā

¶ Hic autor docet equiuocationē in iſto nomine lens ꝙ equiuocatur ad duo Nam lens eſt quodā vermiculus qui ſolet eſſe in capitibus hominū. ⁊ maxime pauperū (anglice a nytte) ⁊ tunc facit lendis in gtō per d. ¶ Et lens faciēs lentis in gtō eſt quoddā legumen maxime in tempore quadrageſimali viſitatum (anglice a ryce potage) ⁊ ſcribit cū t/ in gtō. ¶ Conſtrue. Lens faciēs lendis ī gtō cōuenit capiti. ⁊ lens faciens lentis in gtō cōuenit ori vt manducet. Lens per d/ in gtō mordet ſcʒ capita: ⁊ ſi lens capiat t/ mordetur. i. comeditur.

Lenticulā voco vas maculā cutis/ atqʒ legumen

lenticula.

legumen

¶ Autor docet hic ꝙ lenticula habet tres ſignificationes. Nam lenticula eſt quoddā vas quo ponit oleū (anglice a oyle potte) ¶ Itē lenticula eſt quedaʒ macula in facie hoīs (anglice a ſpott or a frecon) Et inde lenticuloſus a. um. i. neuoſus (freconyd) ⁊ prouenit in eſtate ſolis calore cauſante: ⁊ hoc maxime in ruffis hoībus ſiue ſubruffis ⁊ multū albis: ⁊ nec eſt ſignum boni indolis. ⁊ hec macula alijs noībus vocat ſcʒ lentigo inis ⁊ neuus ui. ⁊ ceſia ceſie. Et lenticula le. eſt legumen diminutiuū de lens lentis qđ ſuperius exponit.

Lento meos arcus dum lenteo/ lenteo tardo
Lenteo dum ceſſo/ que tria lentus habet
Lentus flexibilis/ lentus piger ocia lentus

lentare
lentere
lentus

¶ Autor hic docet equiuocationē in lenteo. ⁊ differentiā inter lentare ⁊ lentere. Et deinde ponit equiuocationē in hoc noīe lentus a. um. qđ a verbo lenteo deriuat. ¶ Dicit ergo ꝙ lento as. aui. i. flecto flectis: vel curuo as. are. vt lento arcum meū. i. flecto arcum meū trahendo illum. Unde in alexandreide. Nunc arcus lentare monet: nunc fundere glandes. i. nunc docet eum lentare arcus. id eſt flectere trahendo. ¶ Lenteo es. ere. i. pigere vel tardare ⁊ ceſſare. Unde lentus a. um. habet omnes has tres ſignificationes. nam idē eſt qđ flexibilis/ (anglice limo we or plyeng) Unde Ouidius. Curribus ante ſenectū lentis erat aptus. ibi lentus. i. flexibilis. ¶ Et lentus id eſt piger. Unde idem. Lentaqʒ tigris erat: lenta id eſt pigra. ¶ Et lentus. i. ocioſus. Unde. Tu modo pomperci lentus ſpaciare ſub vmbra. Et lentus id eſt plenus. Inde luculent⁹. i. luce plenus: vt populus luculentus. ¶ Conſtrue. Ego lento meos arcus dum lenteo id eſt flecto eos: lenteo es. i. tardo vel tardeo. Et ego lenteo dum ceſſo. i. dū ago ocia: que tria id eſt quas tres ſignificationes hoc nomen lentus a. um. habet. Lentus id eſt flexibilis: ⁊ lentus id eſt piger a. um. ⁊ lentus habet ocia id eſt/ eſt idem ꝙ ocioſus a. um.

Letus iocundus/ letus fecundus ⁊ inde
Letamen fimus terre pinguedo vocatur.

letus a. ū.

letamen

¶ Hic autor docet ꝙ letus a. um. habet duas ſignificationes. nam letus id eſt

pollice tango lirum facio cum ff.i. vomere | lira
lirum

7

perſeuerans. Uirgilius in georgicis Labor improbus oīa vincit .i. labor perſeuerans. Et idē eſt qꝺ probus. Uirgi. in eneid. Lauit improba teter ora cruor .i. improba id eſt valde proba. ¶ Et eſt idem ꝙ proteruus id eſt crudelis (anglice frowarde). Unde quidā de dyoniſio tyrāno ſycilie. Dyoniſius improbus atqꝫ impius fuit. Et dicitur de in ⁊ probus.

Inſignis Nobilis inſignis eſt/ac ignominioſus.

ignominiosus

¶ Hic autor docet ꝙ hic ⁊ hec inſignis ⁊ hoc ne. equiuocat̄ ad duo. Nā idem eſt qꝺ nobilis. Unde Theodolus. Inſignē vitulū conflauerat ignis. inſignē .i. nobilem. ¶ Et eſt idē ꝙ ignominioſus a. um. .i. nō famoſus. vel male famoſus vel qui habet ignominioſum ⁊ eſt ſemper ſuſpectus. Uñ illud. Flabat ⁊ inſignis male decantabit̄ hora. inſignis hora .i. ignominioſa hora. vel ibi in paſſione dñi. Habebāt aūt vnū viꝝ inſignē qui dicebat̄ barnabas. inſignē .i. ignominioſum vel male famoſum. Et componitur de in ⁊ hoc ſignum ſigni.

Inſtita Inſtita fit veſtis matrone/fit quoqꝫ vinclum

¶ Autor ponit duas ſignificatiōes iſtius nois hec inſtita te. Primo eſt quedā veſtis quā veteres matrone ſolebāt vti (anglice a rochet. Uñ Ouidius. Queqꝫ tegit medios inſtita longa pedes. ¶ Et idem eſt ꝙ vinculum quo pedes mortuorum ligantur. Unde legitur ꝙ Lazarus vinctus inſtitis fuit in monumento. Hec inſtita inſtite. dicitur de inſto inſtas inſtiti. ⁊c.

Iacto as. Cum iacio iacito/cū me male comprobo iacto
Hinc quoqꝫ iactito fit/iactantia naſcitur inde.

iacio
iactio
iactantia

¶ Autor docet hic ꝙ hoc verbum iacto as. are. habet duas ſignificatiōes. Primo .i. iacere. vt iacto lapidem .i. iacio. Et iactare .i. laudare vltra modū vel vltra ꝙ debeat̄ (anglice to booſt/or to be proude) vt tunc iacto me cū nimiū laudo me. Et eſt frequentatiuū formatū ab vltimo ſupino huius verbi iacio cis. ieci iactū tu. u in o. fit iacto as. Et aliud frequentatiuū format̄ ab illo iactatū tu. u in o cōuerſa et a mutata in i correptā fit iactito tas. taui. tare. in eodē ſenſu cū iacto. ¶ Iactare vel iactitare ſm̄ Hug. pro gloriari ponit̄ laudare gloriando vanitare .i. arrogare vel inaniter ꝑferre. Uñ iactans .i. arrogans dr̄ qui ſe iactat ⁊ maioꝝ inſtitutis nō acquieſcit ſed propriā quādā viā iuſticie ⁊ ſantitatis inqrit. Et cōparat̄ iactantior iactantiſſimus. Et hec iactantia tie .i. arrogantiā ſupbia vanitas. ¶ Itē nota hic differentiā inter iacere cuius media corripit̄: ⁊ iacere cuius media producit̄: ⁊ patet dr̄a per iſtū verſū. Si nō vis iacere lapidē permitte iacere. ¶ Conſtrue. Ego iacto cum iacio: ⁊ ego iacto dum comprobo .i. laudo me male. quoqꝫ pro ⁊. ⁊ iactito fit .i. deriuatur inde .i. iacto ⁊ iactantia naſcitur inde id eſt de iacto as. ar .i. are.

indulgeo. Indulget confert operam/veniam ſimul auget

¶ Hic autor docet ꝙ indulgeo es habet tres ſignificatiōes. Nā idē eſt ꝙ dare operā. Uñ Catho. Indulgere gule noli q̄ vētris amica eſt .i. noli dare operā gule. ¶ Et indulgere eſt dare veniā. vt indulget mihi deus pctā mea id eſt re=

mittat ⁊ det veniā michi de peccatis meis. Et idē est ꝙ augere veniā: vt deus indulgeat nobis miām suam.i.augeat vel donet nobis miām suā. Componit̄ ab in/⁊ algeo ges.i.frigere. ¶ Constructio satis leuis est Indulgeo componit̄ de in/⁊ algeo ges.interposita d/⁊ a mutata in u. Et coniugat̄ indulgeo indulgeo indulsi indulgere indultum tu.in supinis.

Infectus quod nō fact⁹ sonat est quoqꝫ tinctus.

Infectus

¶ Hic docet autor ꝙ infectus ta.tum. habet duas significationes. nam infectus.i.nō factus: vt domus est infecta.i.nō facta. Vñ Horatius. Infectū valet esse dolor quod mens sua seruat. infectū ibi est nō factū. ¶ Et infectus.i.tinct⁹ vel violatus vel corruptus. vt aer est infectus.i.violatus vel tinctus vel corruptus: Unde Ouidius. Mons erat infectus variarū cede ferarum.i.mons erat tinctus cede id est occisione variarum ferarum id est diuersarum bestiarum. ¶ Construe. Infectus sonat idem quod non factus: ꝗ pro et: ⁊ infectus est idem quod tinctus ta.tum.

Ordo/locus/tempus/et causa notatur ab inde

Inde

¶ Hic docet autor ꝙ inde aliqñ significat ordinem vt hic. Iste sedet primus ⁊ ille inde. ¶ Item significat locum: vt ego veni inde idest de illo loco. ¶ Et aliquando significat tempus: vt ego veni primo ⁊ ille inde.i.id est in illo tempore ¶ Et aliquando causā: vt comedi crudas carnes ⁊ inde egersum.i.eadē causa ¶ Construe. Ordo notat̄.i.significat̄ ab inde.i.ab isto aduerbio inde.

Hic fore cognoui temporis atqꝫ loci.

Hic

¶ Hic autor docet ꝙ hic aliqñ significat tēpus. Vñ Virgilius. Hic mihi nescio quid trepido mihi numen amicū. hic ibi.i.nūc. ¶ Hic aliqñ significat locū. Vñ Alanus .i. anticlaud'. Hic superos ciues ꝓprio procellit honore. Virgo que ꝓpriū pariendi lege pudorē. Nō ꝑdens matris meruit esse virgine nomen. hic.i. in illo loco. ¶ Construe. Ego cognoui hoc aduerbiū hic fore.i. esse tempus id est aduerbium temporis atqꝫ loci.i.aduerbium loci.

Lar lartis rex est/laris est deus/ignis/et edes

Lar lart:

pars fert lumina / sit fertur lamina lapis

lamina

locus | 64

¶ Hic docet autor ꝙ lar habet quattuor significationes. nā fuit ꝓpriū nomen cuiusdā regis: ⁊ tūc facit lartis in gtō. ¶ Item lar est quidā deus quē gentiles colebant ⁊ ꝓcipue ille deus qui preest custodie ignis. Nam fuerunt duo lares quos mercurius genuit ex vna nympha q̄ dicebat̄ lar. Et dicebant̄ lares vel ab igne cui presunt ⁊ quē custodiūt. Hoꝝ imagines habebant gentiles iuxta ignē retro. Vñ ⁊ posterior pars foci dicit̄ lar. ¶ Item lar.i.ignis. Et lar.i.edes vel domus. Vñ antiquo prouerbio. In laribus lartis lares de larice vidi.i.vidi larem.i.ignē: in laribus.i.domubus lartis.i.talis regis. Et dr̄ lar de largior iris. vel a largus a.um. qꝛ de larib⁹ ꝓcedit largitas. Et declinat̄ hic lar lartis pro nōie ꝓprio: ⁊ hic lar laris pro aliis significationib⁹. ¶ Construe. Lar faciens lartis in gtō est rex.i. ꝓpriū nomē regis: secundū lar faciens laris in genitiuo est deus vel ignis vel edes idest domus.

l

Later cis Equiuoce vinumq₃ later ⁊ lympha vocatur
lympha — Est idcirco later vinum quoniam latet vua
lateo — Lympha later ideo / quoniam terra latet ima
lena || Lenonē lena non diligit absq₃ crumena

¶ Autor docet hic ꝙ hic later lateris equiuocat ad duo. Primo later .i. vinū / ⁊ tunc dicit a lateo lates: qꝛ in vuā latet. ¶ Item later .i. aqua: ⁊ tunc dicitur a lateo lates: qꝛ latet in ima terra .i. ꝓfunda terra: vel qꝛ latet in ymo .i. in ꝓfunditate terre. ¶ Construe. Later vocat equiuoce vinū ⁊ lympha: later est ideo vinū quasi .i. quia latet in vuā vnde vinū exprimitur. Et later est ideo lympha .i. aqua quasi latet in yma terre .i. ꝓfunditate terre: ⁊ est masc. gñis later.

Lat⁹eris Costa latus lateris laterem dat tegula later.
lapis — Est asportatus latus quoq₃ dicitur amplus
later
latus

¶ Hic docet autor equiuocationē istius nois latus: ⁊ deinde ponit differentiā inter hoc latus eris in genitiuo: ⁊ hic later qđ similiter facit lateris in genitiuo. ¶ Itē ponit differētiam inter latus cuius prior corripitur ⁊ latus cuius prior producitur. Dicit ergo ꝙ latus .i. costa (anglice a syde) est substantiuum ⁊ declinatur hoc latus lateris corripit hanc syllabā la / vbiq₃. ¶ Item latus est participium de fero fers: ⁊ tunc idem est qđ portatus ⁊ tot significationes habet sicut fero: ⁊ tūc declinatur latus lata latū. ¶ Item latus est nomen adiectiuū .i. spaciosus amplus. Unde Ouidius. Pars maris ⁊ latus subitar₃ camp⁹ aquarum. latus ibi .i. spaciosus vel amplus. ⁊ tūc ꝓducit vbiq₃ hanc syllabam la. siue sit participiū siue nomē adiectiuū. ¶ Itē later lateris est gleba cocta de q̄ fit murus ⁊ vnde domus tegunt (anglice a tylstone or a bryke). ¶ Et nota ꝙ priscianus dicit hoc nomen deficere in omnibus casibus singularibus ⁊ pluralibus preter acciñ singularis numeri scz laterem. Nos tñ vtimur hoc nomine in vtroq₃ in quolibet casu. ¶ Itē nota hanc naturā esse lateris ꝙ quanto plus abluit tanto plus exasperascit ⁊ deterior fit. Uñ quidam predicans fatuos interrogans quid fecerit: legit respondisse. Littus aro / laterem q₃ lauo dū predico prauo. Unde alius dixit. Uerba serit vento qui predicat infatuato. ¶ Construe. Latus faciens lateris .i. costa vel tegula operimentū vel tectura dom⁹ / dat laterem .i. hic later lateris. Et latus a. um. asportatus a. um. & amplus a. um. ¶ hoc latus lateris: latus lata latum deriuat de lateo es. Et later lateris dicit a latus a. um. participiū: quoq₃ pro ⁊ cetera.

Lenā ne. Lena clamis tibi sit ⁊ stupri consiliatrix.

¶ Hic autor docet equiuocationem istius dictionis hec lena ne. dicens ꝙ lena est idem ꝙ clamys clamydis (anglice a mantyll) vt induo te lenā id est clamydem. ¶ Item lena est idem quod meretrix. Unde illud. Lenonem lena nō diligit absq₃ crumena id est bursa. Et loquitur figuratiue per metonomiam / quia crumena quod bursa est ponitur pro pecunia quam continet. ¶ Construe. Lena sit tibi clamys id est mantellus: et lena sit consiliatrix stupri id est meretrix (anglice a baude).

lepus	nā lepus est animal q₃ lepos facūdia fandi
libertas	libertate carens colibertus dicitur esse
libo	libo dum gusto libo q₃ sacrifico

Lens lendis capiti/lens lentis conuenit ori. lens tis.
Lens mordet per d/mordetur ſi capiat t.

Lentus in umbrā

¶ Hic autor docet equiuocationē in iſto nomine lens ꝙ equiuocatur ad duo Nam lens eſt quoddā vermiculus qui ſolet eſſe in capitibus hominū: ⁊ maxime pauperꝫ (anglice a nytte) ⁊ tunc facit lendis in gtō per d. ¶ Et lens faciēs lentis in gtō eſt quoddā legumen maxime in tempore quadrageſimali viſitatum (anglice a ryce potage) ⁊ ſcribit̄ cū t/in gtō. ¶ Conſtrue. Lens faciēs lendis ī gtō cōuenit capiti. ⁊ lens faciens lentis in gtō cōuenit ori vt manducet̄. Lens per d/in gtō mordet ſcꝫ capita: ⁊ ſi lens capiat t/mordetur. i. comeditur.

Lenticulā voco vas maculā cutis/atqꝫ legumen lenticula.

legumen

¶ Autor docet hic ꝙ lenticula habet tres ſignificationes. Nam lenticula eſt quoddā vas quo ponit̄ oleū (anglice a oyle potte) ¶ Itē lenticula eſt quedaꝫ macula in facie hoīs (anglice a ſpott or a frecon) Et inde lenticuloſus a. um. i. neuoſus (freconyd) ⁊ prouenit in eſtate ſolis calore cauſante: ⁊ hoc maxime in rufis hoībus ſiue ſubrufis ⁊ multū albis: ⁊ nec eſt ſignum boni indolis. ⁊ hec macula alijs noībus vocat̄ ſcꝫ lentigo inis ⁊ neuus ui. ⁊ ceſia ceſie. Et lenticula le. eſt legumen diminutiuū de lens lentis qḋ ſupius exponit̄.

Lento meos arcus dum lenteo/lenteo tardo lentare
Lenteo dum ceſſo/que tria lentus habet lentere
Lentus flexibilis/lentus piger ocia lentus lentus

¶ Autor hic docet equiuocationē in lenteo. ⁊ differentiā inter lentare ⁊ lentere. Et deinde ponit equiuocationē in hoc noīe lentus a. um. qḋ a verbo lenteo deriuat̄. ¶ Dicit ergo ꝙ lento as. aui. i. flecto flectis: vel curuo as. are. vt lento arcum meū. i. flecto arcum meū trahendo illum. Unde in alexandreide. Nunc arcus lentare monet: nunc fundere glandes. i. nunc docet eum lentare arcus. id eſt flectere trahendo. ¶ Lenteo es. ere. i. pigere vel tardare ⁊ ceſſare. Unde lentus a. um. habet omnes has tres ſignificationes. nam idē eſt qḋ flexibilis/ (anglice lino we or plyeng) Unde Ouidius. Curribus ante ſeniedū lentis erat aptus. ibi lentus. i. flexibilis. ¶ Et lentus id eſt piger. Unde idem. Lentaqꝫ tigris erat: lenta id eſt pigra. ¶ Et lentus. i. ocioſus. Unde. Tu modo pomperci lentus ſpaciare ſub umbra. Et lentus ideſt plenus. Inde luculent⁹. i. luce plenus: vt populus luculentus. ¶ Conſtrue. Ego lento meos arcus dum lenteo id eſt flecto eos: lenteo es. i. tardo vel tardeo. Et ego lenteo dum ceſſo. i. dū ago ocia: que tria id eſt quas tres ſignificationes hoc nomen lentus a. um. habet. Lentus ideſt flexibilis: ⁊ lentus ideſt piger a. um. ⁊ lentus habet ocia ideſt/eſt idem ꝙ ocioſus a. um.

Letus iocundus/letus fecundus ⁊ inde letus a. ū.
Letamen fimus terre pinguedo vocatur. letamen

¶ Hic autor docet ꝙ letus a. um. habet duas ſignificationes. nam letus id eſt

ff. i.
pollice tango lirum facio terram vomere / lira
lirum

l

iocundus da. dum. vel hylaris. Vñ quidã. Nõ ego ſuz letus dũ ſit langore re
pletus. ¶ Letus. i. fecundus a. um. i. fertilis: vt Virgili⁹ in georgicis. Quid fa
ciet letas ſegetes: ideſt fecundas ⁊ fertiles ſegetes. Et tũc a letus deriuat̃ hoc
letamen inis. i. fimus qui reddit terram pinguem (anglice mucke or donge).
¶ Conſtrue. Letus id eſt iocundus ⁊ letus id eſt fecundus: ⁊ inde letamen. i.
fimus vocat̃ pinguedo terre.

letatus Letatus quando a leto fit mortificatus
leticia A letor de leticia letatus habetur.

¶ hic docet autor q letat⁹ habet duas ſignificationes. ⁊ he cauſant̃ ex diuer
ſitate ſui primitiui. nam quando deriuat̃ ab hoc letũ ti. i. mors tunc eſt idẽ q
mortificatus a. um. vel mortuus a. um. Ouidius. Ut nemi⁹ intrauit letata cor
pora vidit. ¶ Et qñ letatus dr̃ de letor aris. tunc eſt factus letus / gaudens.
¶ Conſtrue. Cum letatus fit ideſt deriuatur a leto ſez pro morte tũc eſt idem
quod mortificatus. Et cum letatus fit a letor letaris quod eſt deponens tunc
habetur letatus de leticia quaſi haberet leticiam id eſt gaudium. Ut letatus
ſum in his que dicta ſunt michi.

luxuries libido Factum luxuries notat affectumqz libido

¶ Autor ponit differentiã inter hec luxuries ei. ⁊ hec libido inis. dicens q hec
luxuries ei. ſignificat factũ illius peccati ſiue illud peccatũ. Sed libido ſignifi
cat affectum ideſt voluntatẽ quã quis habet faciendo illud peccatũ. Uel libi
do dicitur luxurioſa voluntas. ¶ Luxuries dr̃ ab hic luxus us. ui. Unde ⁊ hec
luxuria rie. i. luxuries. Sed modo ampliata eſt eius ſignificatio vt luxuria vel
luxuries dicat̃ quelibet ſuperfluitas tam in cibo q̃ in coitu ⁊ veſtitu ⁊ etiaz in
aliis rebus. ¶ Conſtrue. Luxuries notat id eſt ſignificat factum. i. ipſm pecca
tum: qz pro ⁊: ⁊ libido notat affectum id eſt voluntatem peccandi. Libido a li
bet verbo impersonali dicitur.

liber beri Liber id eſt bachus / vel vir ſine compede natus
Eſtqz liber codex / vel raptus ab arbore cortex
Prima beri faciunt: genitiuo briqz ſecunda
Pars prior eſt cortex: liber altera: tercia ſuber.

¶ hic do. au. q liber hz q̃ttuor ſignificationes. nã idẽ eſt q bacchus de⁹ vini.
Vñ Theren. Sine libero ⁊ cerere friget venus. libero ibi. i. bacchus: ⁊ tũc liber fa
cit liberi in gtõ. Et liber eſt idẽ q ingenu⁹ a. um. Et ẽ ingenu⁹ q naſcit̃ ex libe
ris parentib⁹ (anglice a free) ⁊ nõ ex ſeruis neqz ex ſeruo ⁊ libera neqz ex libero
⁊ ancilla ſed requirit̃ q vterqz parens ſit liber. Et tũc ſimiliter facit gtm̃ in beri
vt liber liberi. vñ hec libertas tatis. Eſius. Nõ bene p toto libertas vẽdit̃ auro
¶ Itẽ liber. i. cortex. i. interior pars corticis q̃ ligno adheret dictũ a libero as.
qz liberat. i. defendit interius lignũ. Vñ Ouid. Mollia tinguntur tenui precordia
libro. Et nota q liber p baccho. i. deo vini: ⁊ p ingenio pducit hanc ſyllabã li.
p baccho. Vñ Romulus. Et liber ſimul ⁊ cũ caſtore pollux. Pro ingenio vt ibi
Qui metuens viuit mihi liber nõ erit vnq̃. Sz liber pro codice vt ibi. hauriſ

aquas cribris: clericus abſq; libris. Pro cortice vt ibi. Abſq; libro nunq̃ valet arborē creſcere quãq̃. ¶ Pars prior. ⁊c. Hic ex incidenti ponit autor drĩam inter corticē/librū/⁊ ſuber. dicens ꝙ cortex eſt ſuperior pars que adheret arbori (anglice the barke). Liber eſt media pars (anglice the ſappe) ſuber eſt illud qḋ eſt mediatū ligno (anglice the pyth or the herte. ¶ Cõſtrue. Liber .i. bacchus vel vir natus ſine cõpede .i. ſine ſeruitute. Et liber eſt codex ſup quē legim⁹. Et eſt cortex raptus ab arbore. Prima .i. liber ꝓ baccho: et ſimul ꝓ ingenio faciūt beri in genitiuo. vt hic liber beri. Et ſecunda .id eſt liber pro codice: ⁊ liber pro cortice faciunt bri in genitiuo. vt hic liber libri.

Libra bilanx: libra pondus: ſignum quoq; libra. libra

¶ Autor docet hic ꝙ hec libra bre. habet tres ſignificatiões. Nã libra .i. bilanx (anglice a balaunce). Et libra eſt pondus duodecim vnciarum. Et dicitur perfecti ponderis: quia conſtat tot vncijs quot menſibus annus. Et dicitur liber quia ſit libra ⁊ cuncta pondera precedentia vel minora concludat. ¶ Item libra libre dicitur ſignum in celo. vt cum dicitur ſol eſt in libra. ¶ Cõſtrue. Libra eſt bilanx: libra eſt pondus libra eſt ſignum in celo.

Lictor pretoris ⁊ funeris aſſecla lictor. lictor

¶ Autor docet hic ꝙ hic lictor oris. habet duas ſignificatiões. Nam lictor eſt ille qui de officio ſuo portat gladiū vel ſecurim ante regem vel imperatorem vel pretorē (anglice a ſwerde berer) vt ad puniendos reos preſto ſit. Et dicit lictor quaſi litor. a lito as. c interpoſita. qꝛ lictat ⁊ interficit reos. Vñ ⁊ quicūq; regi vel iudici cõſuli vel preſidi vel pretori ſubſequit ad puniendos reos dicit lictor (anglice an hangman). Similiter dr lictor portator cadauer. ſcꝫ ꝗ portat cadauera .i. corpora ad ſepulcrū. ¶ Conſtrue. Lictor eſt aſſecla .i. cliens vel famulus pretoris .i. illius iudicis vel maioris. ⁊ lictor eſt aſſecla funeris .i. alicuius corporis mortui vt portet illud ad ſepeliendum. Et dicitur aſſecla aſſecle. ab aſſequor aſſequeris. quia ſequitur mandata domini ſui.

Leſio vel inſanies liuor ⁊ inuidia. liuor

leſio

¶ Hic autor docet ꝙ liuor oris. habet tres ſignificatiões. Nam liuor .i. leſio vñ illud. Cuius liuore ſanati ſumus. liuore .i. leſione. Liuor .i. inſanies .i. putredo illa que eſt in vulnere. Liuor .i. inuidia. Unde Ouidius. Summa petit liuor perflant altiſſima venti. liuor .id eſt inuidia. ¶ Item eſt liuiditas ille color qui remanet in aliquo poſt verberationē cum baculo. Et eſt dolor vulneris. ¶ Conſtrue. Liuor .id eſt leſio vel ſanies vel inuidia. Et dicitur liuor a liueo liues .i. eſſe vel fieri liuidū. Et ponitur pro inuidere. ¶ Nota differentiã inter liuorem ⁊ vibicē. Liuor eſt color qui remanet poſt verberationē cū baculo. Sed vibex eſt inciſio vel veſtigium quod remãnet in carne poſt verberationem cum virga. Unde verſus. Liuorem baculus vibicem dat tibi virga.

Stellam cum cythara deſignat lyraq; ſulcum lyra

¶ Hic docet autor ꝙ lyra habet tres ſignificationes. Nam aliquando reperitur pro ſtella. Ut ibi. Que lyra fulſit heri. id eſt que ſtella ſplenduit heri.

e

❡Itē eſt cythara: ⁊ dicit᷑ a lyrin grece qđ eſt diuerſitas vel varietas latine: qꝛ varios ⁊ diuerſos ſonos efficit. ❡Item lyra.i.ſulcus ⁊ proprie aratri (anglice a forowe). Et dr̄ a lyros grece qđ eſt lyra.i.ſulcus apud nos. ❡Nota ꝙ lyra pro cythara corripit prioꝛē ſyllabā ly.⁊ lyra pro ſulco producit primā. Unde Pollice tango lyram facio cum vomere lyram.

loculus

locus
libitina

Eſt loculus burſa/minimus locus/⁊ libitina

❡Hic autoꝛ docet ꝙ hic loculus li. aliqñ idē eſt qđ burſa. Et cōponit᷑ cum plenus ⁊ dicitur locuples.id eſt diues quaſi plenus habens loculos. ❡Loculus eſt diminutiuum de hic locus ci.⁊ tūc eſt paruus vel minimus locus. ❡Item loculus eſt libitina (anglice a bere) quo funera portantur ad ſepulchrum. Unde. Acceſſit ieſus et tetigit loculum.id eſt libitinam.

lucar.

Eſt lucar luci pꝛecium/luciſqꝫ foꝛamen.

❡Hic autoꝛ docet ꝙ lucar aris.media producta habet duas ſignificationes. Nam eſt precium qđ accipitur pro luco.i.nemoꝛe locato alicui vel aliquibus. Et tunc dicitur de hic lucus luci.i.nemus vel ſylua quod idē. Lucar.i.feneſtra vel foꝛamen per quod ſol vel lux intrat in domum. Et tunc dicitur de hec lux lucis. Uel lucar eſt foꝛamen per quod galline intrant in gallicubium.

lupus.

Hic lupus eſt animal/moꝛbus/piſcis fluuialis

❡Hic autoꝛ docet ꝙ hoc nomen lupus pi. habet tres ſignificatiōes. Nam lupus eſt quoddam animal maxime ouibus inimicū. ❡Et eſt quidam moꝛbus in coxa ſcꝫ apoſtema vel in cruribus: ⁊ eſt vermes magnus vt quidā dicunt ſimilis muri. ❡Lupus eſt quidā piſcis. qꝛ ſicut lupus deuoꝛat aīalia in terra ſic ille deuoꝛat piſces in aqua. Et inde hic lupillus: ⁊ ex ſola rapino viuit.

laudare

Laudat cōmendat/autoꝛem nominat illud

❡Hic docet autoꝛ ꝙ laudo as.equiuocat᷑ ad duo. Nā laudare.i.cōmendare. vt laudo regem. ❡Et laudare.id eſt autoꝛiſare.⁊ componitur collaudo as.id eſt ſimul laudare. ❡Conſtrue. Laudat.id eſt cōmendat.et illud laudat.id eſt nominat.id eſt autoꝛiſat autoꝛem aliquem. Et eſt verbum actiuum.

legare.

Qui mittit legat/moꝛiens ſua munera legat.

❡Hic autoꝛ docet ꝙ lego as.are.equiuocat᷑ ad duo. Nā legare.i.mittere mādare. Ut Rex legauit iſtum in franciā.i.miſit. ❡Legare.i.aliquid in teſtamento alicui dimittere. Uñ hoc legatū ti.i.illud qđ dimittit᷑ (anglice to bequeſt.⁊ dr̄ lego as.a lego gis.vel a p̄terito legi (i ꝯuerſa in o) fit lego as.are.⁊ producit prioꝛem ſyllabā. Unde verſus. Uiuens ſcripta lego moꝛiens mea munera lego.

lego legis

Clericus autoꝛes/mare nauta: deus melioꝛes
Fur legit es: floꝛes virgo: viatoꝛ iter

¶ hic docet autor ꝙ lego legis habet ſex ſignificationes. q̄ ſatis patēt ꝑ expoſitionē illoꝝ duoꝝ verſuū. ¶ Conſtrue. Clericus legit autorē .i. libros autenticos: ⁊ nauta legit .i. tranſit vel nauigat mare. Deꝰ legit .i. elegit meliores .ſ. homines. Fur legit .i. furatur eo .i. pecuniā vel argentū. Uirgo .i. puella legit ideſt colligit flores. Uiator .i. ille qui tranſit per viam legit .i. capit vel capit iter ideſt viam ſuam. ¶ Nota ꝙ lego legis ⁊ omnia compoſita ſua faciunt preteritū in gi: vt lego legis legi in preterito: colligo gis. collegi: preter tria verba que patent per verſum. A lego compoſita faciunt gi: ſed tria tollis. Diligo/ negligo/ ſic intelligo que faciunt xi.

Libo dum guſto: liboqꝫ ſacrifico — Libare

¶ hic docet autor ꝙ libo as. habet duas ſignificationes. nam idē eſt qđ ſacrificare (anglice to doo ſacrifice) ⁊ ꝓprie vinū in calice. Unde panē immolamus calicem libamus. Et inde hoc libamen inis. eſt vini: ſed hoc ſacrificiū eſt carnium. ¶ Et libare id eſt guſtare (to taſte) vel cōtingere. Ut libaui vinum iſto die ideſt guſtaui. Et dicitur libo as. are. a liber liberi: quod idem eſt quod bacchꝰ bacchi ideſt deus vini.

c **Ere luo pignus/ penas cruce/ luce tenebras**
b **Dicitur ⁊ luere quando ſalitur ouis**
a **Eſt luo luxurio/ luo punio vel luo purgo**

Luo luis
lux
luxurio

¶ hic autor docet ꝙ luo luis habet quattuor ſignificatiōes. Nam luo .i. redimo vel qđ vulgo đr acquieto (anglice to quyte oute) vt ego luo pignus meum ere .i. redimo vel acquieto pignus meū .i. vadiū meū ere .i. moneta. ¶ Et luo .i. patior vel ſuſtineo vt luo penas in cruce .i. patior penas in cruce. ¶ Et luo id ē purgo vel deleo: vt luo tenebras luce .i. purgo tenebras vel deleo cū luce ideſt per lucem. ¶ Et luere .i. luxuriari: ⁊ eſt proprie veruecū .i. arietum cum ſint in amore coeundi: vt verueces luunt .i. coeunt vel amore coeundi feruntur. ¶ Unde vulgo ſolet dici. Arietes ſunt modo in luitu .i. in appetitu coeundi. ¶ Unde conſtrue ſecundū verſum. Et hoc verbum luere dicitur quando ouis ſalitur .i. arietatur. ¶ Nota ꝙ ſalio lis. ſalui vel ſalii ſalire ſaltum tu. in ſupino: ideſt facere: ⁊ tūc eſt verbū neutrū ⁊ abſolutum. ¶ Salire eſt etiā qđ dicitur arietare .i. qñ ouis ſalitur. Et pertinet ad animalia irrationabilia: ⁊ tunc eſt actiuū. Unde Ouidiꝰ. Leta ſalitur ouis tauro quoqꝫ leta iuuenca. ¶ Luo luis lui luere lutum lutu. verbum actiuum.

Sunt quinquennia/ ſunt cubilia luſtra ferarum — Luſtrum
Luſtrum circuitus/ luſtrum purgatio/ fornix

¶ hic docet autor ꝙ luſtrū tri. hꝫ quinqꝫ ſignificationes. nam luſtꝝ eſt ſpaciū quinqꝫ annoꝝ: vt ibi Luſtra ſex q̄ iam pacta. Et luſtra eſt ſpelunca beſtiarum quā inhabitant (anglice a denne). Uñ Auianus. Aſt luſtris conditur vrſa ſuis. Luſtris id eſt ſpeluncis. Itē luſtꝝ .i. circulus: vñ luſtro as .i. circuire: luſtꝝ ideſt purgatio. ¶ Et luſtrum ideſt lupanar meretricum. Et dicitur a luſtro as. are. luſtrare id eſt purgare/ circuire/ circundare/ luminare/ ſeruare. ⁊c̄.
¶ Conſtrue. Luſtra ſunt quinquennia id eſt ſpacia quinqꝫ annorum ⁊ luſtra

l a

sunt cubilia ferarum scʒ obscura latibula vel cubicula ferarum: ⁊ lustrum est circulus ⁊ est purgatio: ⁊ est fornix id est lupanar.

lustro as. Lustro purgando/lustro quoqꝫ circueundo

¶ Hic docet autor ꝙ lustro as. are. hꝫ duas significationes. Nam idem est qḋ purgare ⁊ circuire: vt patet superius. ¶ Construe. Lustro purgando aliquid/ ⁊ ego lustro circueundo idest dum circumeo aliquid.

lutum ti. Cenum dico lutum/sed lutum dico colorem

¶ Autor ponit hic equiuocationē in ista dictione lutum. Ponit inde differentiā inter lutū cuius prior corripitur: ⁊ lutū cuius prior producitur. Dicens ꝙ lutū cuius prior corripitur est idē qḋ cenum .i. sordes (anglice cley) Sed lutū cuius prior producitur est accusatiui casus istius noīs hic lut⁹ ti. Et est lutus quidā color croceus vel rubeus quo vt quidā dicūt scarlatum tingitur: ⁊ vtrūqꝫ deriuatur a luo luis. ¶ Construe. Ego dico lutum esse cenū id est sordicies terre: ⁊ ego dico lutum esse colorem.

luteus Luteus ⁊ luteus sensum sortitur vtrumqꝫ.

¶ Autor hic docet ꝙ ista duo noīa luteus cuius prima longatur: ⁊ luteus cuius prima breuiatur/ deriuantur a predictis nominibus scʒ hic lutus ti. pro colore. Et dicitur luteus a. um. id est rubeus vel croceus: ⁊ producit primā syllabā scʒ lu. Et ab hoc lutum ti. pro ceno deriuatur luteus a. um. i. lutosus/sordidus/plenus luto. ¶ Construe. Luteus cuius prima longatur: ⁊ luteus cuius prima corripitur sortitur vtrūqꝫ sensum id est vtrāqꝫ significationem scʒ de luto pro ceno. ¶ Nota hic alios versus ꝙ ponūt differentiam inter ista noīa. Luteus est rubeus: luteus quoqꝫ sordidus extat. Flos rubur est lutus humida terra lutum.

machina Machina res pugni/rota machina/machina forma.
Machina res quiuis quā facit ingenii vis

¶ Expedito illo capitulo siue illa parte in qua tractauit autor de nominibus equiuocis ab L incipientibus. hic tractare intendit de equiuocis inchoantibus ab ista littera M que proximo sequitur L. ¶ Ponit ergo primo equiuocationē in isto noīe hec machina machine qḋ habet quattuor significatiōes. Nā machina est instrumentū bellicū per qḋ proijciuntur grādes lapides in hostes qḋ ⁊ alio nomine vocatur ingeniū/ anglice siue gallice an yngyne) ¶ Itē machina est quedā rota versatilis sup qua aliter ponebatur beata katherina. Et machina .i. forma. Unde machina mundi .i. forma mūdi. ¶ Itē machina pōt dici quelibet res que ingeniose ꝯfinguntur. ¶ Construe. Machina est res pugni .i. belli videlicet mirabilis balista .i. ingeniū de quo supra exponitur. Et machina est forma. Et machina est queuis id est quelibet res: quāuis id est subtilitas ingenij id est sensus humani fecerit.

Macula. Dic maculas tabes/maculasqꝫ foramina retis

Necnon lorice maculas nos dicimus inde

¶ Autor ponit equiuocationẽ in iſta dictione hec macula macule/ q̄ hꝫ duas ſignificatiões. nã macula .i. tabes (anglice a ſpotte). Vñ Ouidius. Succincta feretꝝ maculoſe tegmine lincis. ¶ Et macula eſt foramen retis. Unde idem. Retia cũ potui maculis diſtincta tetendi. maculis .i. foraminibꝰ. ¶ Conſtrue. Dic maculas eſſe idẽ qḋ tabes: ⁊ dic maculas eẽ foramina retis. ⁊c.

Gratia vindicta cetus membꝝumqꝫ poteſtas
Dextra ſiniſtra manus/ manꝰ eſt quod in arma
vocamus.
Munio cum maneo vel ſit manin eius origo.

Manus.
membrum
muneo
maneo

¶ Hic docet autor ꝙ manus habet plures ſignificatiões. nã manus .i. gr̃a. Ut omnia contingebãt illis in manu dñi .i. in gr̃a dei. ¶ Et manus .i. vindicta. Ut ibi. Cũ ſit nemo qui de manu tua poſſit eruere .i. de vindicta tua. ¶ Et manus idem eſt cetus armatoꝝ .i. ſocietas. Vñ Lucanus. Hec manus occeanũ dominum poſt terra reliquit. Hec manus .i. hic cetus vel ſocietas armatoꝝ. ¶ Et manꝰ eſt idẽ qḋ poteſtas: vt ibi. In manus tuas dñe cõmendo ſpm̃ meum .i. in poteſtates tuas. Et ſimiliter Ouidius. An neſcis longas regibus eſſe manus ¶ Et manus dr̃ quoddam membꝝ corporis humani: illud videlꝫ quo oĩ cibũ miniſtramus/ facimus ⁊ diſpenſamus. omnia damus ⁊ optamus ⁊ accipimꝰ (anglice a hande). ¶ Et manus dr̃ exercitus (anglice an oſte of men) ⁊ ſic deriuatur manꝰ de maneo nes. qꝛ manet in bello ⁊ nõ fugit. Sed manus pro mẽbro dicit̃ de munio munis qꝛ munit .i. defendit corpus. Sed pro gr̃a dr̃ de manin grece qḋ eſt bonũ latine: ⁊ hoc ſm̃ autorẽ iſtũ. Scḋm hugu. manus dr̃ de hoc munus muneris. ¶ Conſtrue. Manus eſt gratia ⁊ vindicta/ ⁊ cetus/ ⁊ ptãs/ qꝫ pro ⁊/ ⁊ manus eſt membꝝ corporis hominis/ ⁊ eſt poteſtas/ ⁊ manus dextera ⁊ ſiniſtra. Et manus eſt illud ſcꝫ exercitus qḋ vocamus in arma cõtra hoſtes. Munio nis. muniui ire .i. defendo: cũ maneo es. manſi ere. vel manin grece quod eſt bonũ latine: ẽ eius origo ſcꝫ manus.

Vincla manus manicas/ manicas quoqꝫ dicito
veſtes.

Manica

¶ Hic docet autor ꝙ hec manica nice. hꝫ duas ſignificationes. nã manica eſt vinculũ ferreũ quo manus ligant̃: vt ibi. Ad alligãdos pedes eoꝝ in ꝯpedibꝰ ⁊ nobiles eoꝝ in manicis ferreis. ¶ Itẽ manica eſt illa pars veſtis q̄ tegit brachiũ vſqꝫ ad manꝰ: vt ibi. Pro manica fracta manꝰ eſt mihi ſepe retracta (ãglice a ſlyue) ¶ Conſtrue. Dicito .i. dic manicas eſſe vincla manꝰ .i. manuũ: quoqꝫ pro ⁊ ⁊ dicito manicas eſſe veſtes .i. partes veſtis que tegunt brachia.

Pars maniplꝰ garbe maniplꝰ quoqꝫ claua clieſqꝫ
Eſt merges maniplus: ſic a manus ⁊ plico dictꝰ
Ferreus eſt maniplus: ſed non mutatur origo

Maniplꝰ
muto

Sed ratio quoniam circa leuam replicatur:
Eſt cliens dictus alia ratione maniplus:
Namqꝫ manu bello mittere pila ſolet.

¶ Hic autor docet equiuocationē in hoc noīe maniplus pro manipulꝰ p ſyncopam ⁊ etiam cauſa metri. Et habet tres ſignificatiōes. nam manipulus eſt tantū garbe ſiue annone quātū manus capere pōt (anglice a grepe or a hond full). Et ſm illam ſignificationē cōponit̄ de hec manus nus nui ⁊ plico as. qꝛ plicatur in manu. ¶ Et manipulus .i. claua ferrea cū qua pugnatur in duello (anglice a mace) ⁊ ſimiliter dicit̄ vel cōponitur de manus ⁊ plico. ¶ Et manipulus eſt cliens bellator: ſed tunc cōponitur manipulus de manus ⁊ hoc pilū pili. Et ſunt pila arma quibus romani pugnabāt. Et tunc dr̄ manipulus quia gerit arma .i. illa arma quibꝰ romani tūc vtebant̄ in manibꝰ vel tela: vel quia mittit ea cū manu. Hugutio dicit qꝫ manipulus dicit̄ ſocietas ducentoꝝ militum. Unde Lucanus. Conuocat armatos exemplo ad arma maniplos / per ſyncopam. ¶ Item manipulus dicit̄ ornamentum manus ſacerdotis. Et dicitur manipulus ſm Hugu. ab hec manus nus nui. ¶ Conſtrue. Manipulus eſt pars garbe: qꝛ plures manipuli faciunt garbam: qꝛ pro ⁊: ⁊ manipulus eſt claua ſcꝫ ferrea cum qua pugnatur: ⁊ manipulus eſt cliens ſcꝫ armatus cū pilis id eſt telis. ¶ Eſt merges ⁊c̄. anglice a ſheef) Hic autor iterat qđ ſuperius dixit ſubiungens diuerſā deriuationē illius noīs manipulus ſm diuerſaꝫ illiꝰ ſignificationē. Dicēs manipulus eſt merges .i. pars mergetꝭ .i. garbe. ſic dictꝰ a manus ⁊ plico as. Et manipulus eſt ferreus id eſt ferrea claua. Sed origo deriuationis eius nō mutat̄: qꝛ dr̄ de manus ⁊ plico cas. Sed ratio ſue deriuationis mutat̄: qm̄ replicat̄ circa leuam id eſt replicat in ſiniſtra pte hominis / id eſt in leuo latere id eſt ſiniſtro: vt poſſit euꝫ recipere cū neceſſe fuerit: qꝛ pro manipulus eſt dictus id eſt vocatur cliens alia ratione ſcꝫ deriuationis: nāqꝫ pro quia: qꝛ ſolet mittere cū manu pila id eſt tela in bello.

Mena ne Menam dic piſcem / vulteum nomine menam

¶ Autor ponit equiuocationē in hoc noīe mena ne. qđ hꝫ duas ſignificatiōes. Nā mena eſt quidā piſcis (anglice a penke or a menw) Sic dictꝰ a mena grece qđ eſt luna latine: qꝛ ſm incrementū ⁊ decrementū lune ſingulis menſibus creſcit ⁊ decreſcit. Itē mena fuit ꝓpriū nomē cuiuſdā hoīs: q̄ alio noīe vocabatur vulteus: ⁊ ſic patet qꝫ fuit binominus .i. habēs bina noīa id eſt duo nomina ¶ Conſtrue. Dic menam eſſe piſcem: ⁊ dic menā eſſe vulteum nomine ſcꝫ alio Hec mena ne. pro piſce. Hic mena ne. pro ꝓprio nomine.

Merges. Eſt merges volucris / ⁊ merges garba vocatur.

Gelima e
Garba be

¶ Autor hic docet qꝫ merges hꝫ duas ſignificationes. Primo quidē eſt q̄dam auis aquatica ab aſſiduitate mergendi ſic dicta (ãglice a douker). Et deriuat̄ a mergo mergis: qꝛ frequēter ſe mergit in aqua. Et merges eſt idē qđ garba q̄ alio noīe gelima dr̄ a genu ⁊ ligo ⁊ manu: qꝛ cū manu ſuppoſito genu ligat̄ ⁊ dicit̄ merges tis. a mergo gis. qꝛ ligatus mergit̄ in terram id eſt proijcitur de manu ad terram. Unde hec merga / merge id eſt furca qua merga leuatur ad currum (anglice a pychforke).

¶ Nota ꝙ mergeo tam pro garba q̄ volucre facit mergitis in gtō penultima correpta. Uñ errauit greciſmus dicēs. Mergeo dicat̄ mergetis gerba vocat̄. Inuenit̄ hic tñ mergus gi. pro eodē aue. ⁊ hoc mergus ouis p̄ ſitula (a bucket) q̄ mergitur in fonte cū haurit̄ aqua. Unde verſus. Eſt hic mergus auis ſi mergi ſit genitiuus. Mergeo prebet itis pro garba mergaq̄ furca. Dicatur ſitula cū mergere noſcitur apta. Mergeo mergetis vel eſt vt fere ſciens. Utq̄ mari datur in mergine garba notat̄.

millia

Mil millium ſunt pondera/millia leuce — **Millium**
Milia plurale nomen tibi ſit numerale — **Milium**

¶ Hic ponit autor differentiā inter hoc milliū lij. ⁊ hoc millia milliū in plurali numero. Et equiuocationē ponit in milia. Dicēs ꝙ hoc millium lij eſt quoddam granū: qd gallice mil vocatur. Et dr̄ millium a mille: q2 de vno grano ſeminato milia grana ſurgent. Uel milliū ſm quoſdam dicitur granū ſalis. ¶ Sed milia ſunt quedā pondera. Unde horatius. Si quadringentis ſex ſeptē milia deſunt ¶ Et milia ſunt miliaria que apud gallicos leuce apud grecos ſtadia dicitur Et ꝙ milia ſunt eadē que miliaria patet per ouidium de remedijs. Nec quot tranſieris ſed quot tibi quere ſuperſunt milia .i. miliaria. ¶ Et milia eſt nomē numerale. ⁊ dr̄ de mille: ⁊ declinat̄ pluraliter hec milia miliū milibus. hec milia/o milia a milibus. neutri generis. Tamen iungitur immediate ⁊ intranſitiue cum maſculino feminino ⁊ neutro. Ut milia viri/milia mulieres/milia animalia. ¶ Nota ꝙ mille ſcribit̄ per duo ll in ſingulari: et milia miliū in plurali. niſi per vnū l ⁊ producit primā ſyllabā. Sed hoc millium lij pro grano corripit primā vt patet. ¶ Conſtrue. Millium latine eſt myl gallice: ⁊ exponit latinum per gallicum. Milia ſunt quedā pondera. ⁊ milia ſunt leuce. ⁊ hoc nomen plurale milia ſit tibi nomen numerale.

Eſt vt credo mitos filum/vel fabula mitos — **Mitus**
A mitos examitum/de mitos metologia. — **Examitū**
Hoc tamen cuita ne te fallat calamita. — **Calamita**

¶ Autor hic docet equiuocationē in hoc noīe mitos. Et eſt differētia inter mitos cuius prior corripit̄: ⁊ mitos cuius prior producit̄. Nā mitos grece prima correpta eſt filum latine. Unde examitū qd eſt veſtis ſacerdotalis. Sed mitos prima producta eſt fabula. ⁊ eſt grecū. Uel dr̄ hic mitus ti. latine .i. fabula iocoſa ⁊ relatu dulcis. Unde Marcianus. Capella nūc ergo mitos inferat atq3 mitos. Uel mitos cōponit̄ cum logos qd eſt ſermo. ⁊ dr̄ mitologia gie .i. ſermo fabuloſus. ¶ Itē mitos grece priori producta: dr̄ etiā gutta latine. Et componitur cum cala qd eſt bonum: ⁊ dr̄ calamita te. Et eſt calamita genus electuarij qd alio noīe ſtorax. ⁊ dr̄ calamita .i. bona gutta. ¶ Mitos pro gutta cōponitur cum polis qd eſt pluralitas: ⁊ dicitur polimitus a. um. Inde dicitur veſtis polimita ſcʒ plures habens colores. ¶ Conſtrue. Mitos vt credo eſt filum: vel mitos eſt fabula. Examitū venit a mitos: cuius prior corripit̄: ⁊ mitologia venit de mitos cuius prior p̄ducit̄. Tñ o lector cuita .i. caue ne calamita fallat .i. decipiat te. Nā mitos grece ſonat gutta latine. ⁊ hinc calamita .i. veſtis polimita dr̄. Itē nota ꝙ hic ⁊ hec calamita te. dr̄ ſcriptor ⁊ tunc componit̄ de calo as. qd eſt pono is. ⁊ mitos gutta q2 ponit guttam encauſti in calamo.

modus Maneries menſura: modus: finiſqꝫ: metrumqꝫ.

maneries
men/sura
metrum

¶ Docet hic autor q̄ hic modus di. equiuocatur ad quattuor. Modus .i. maneries. vt Serua modū .i. maneriē. Sic ibi. Eſt modus in rebus. ⁊c̃. Pſius horatij. ¶ Et modus eſt menſura: vt hic modus dij. ⁊ cōtinet modus vigintiduos ſextarios. ¶ Et modus .i. terminus vel finis vt Non modū egredi rōnes .i. finem vel terminū rōnis. Et modus .i. metrū. Vnde Boetius de cōſola. in primo. Flebiles heu meſtos cogor inire modos. id eſt triſtia metra ⁊ doloroſa.

molaris Dic lapides magnos: dentes dic eſſe molares

¶ Hic autor docet q̄ hic molaris ris. habꝫ tres ſignificatiões. Nā molaris eſt magnus lapis ad modū mole (anglice a myſtone) Et molaris eſt dēs maxillaris q2 cibū cū illis dentibus quaſi mola molimus. Vñ alius Verſus. Dēs maxillaris magnus lapis eſto molaris. ¶ Conſtrue. O tu lector dic molares eſſe magnos lapides. ⁊ dic molares eſſe dentes ſcꝫ maxillares. Et ſunt maxillares dentes q̄ ſituantur in maxilla a retro. hec maxilla maxille. (anglice a cheke).

momētū Momentū motus: hore pars: eſt quoqꝫ pondus.

motus

¶ Hic autor dicit q̄ hoc nomen momētū ti. hꝫ tres ſignificatiões. nā momentum .i. motus. Vñ Perſius. Momēto turbis exit. ⁊c̃. ¶ Et momentū eſt pars hore (anglice a ſtounde or a whyle. ⁊ ibi). Non eſt veſtrum noſce momenta que pater poſuit in ſua poteſtate. Et eſt momentū quadrageſima pars hore. quia hora continet quadraginta momenta. Et momentū eſt pondus videlicet dimidia vncia. Et dicit Iſidorus. Et dicitur momentum de moueo es.

moneta Dico iunonem: dicoqꝫ numiſma monetā.

¶ Hic docet autor q̄ hec moneta te. equiuocatur ad duo. Primo .i. numiſma tis. id eſt pecunia. ⁊ dicitur a moneo es. quia monet ne qua fraus ſit in metallo vel pondere. vt hic. [illegible] leta non eſt mens abſqꝫ moneta. ¶ Moneta dicta eſt Iuno dea. quia monuit romanos per anſerem ne ciuitas illorum ab hoſtibus caperetur. Vt in cronicis romanorum legitur.

+

monimen Eſt monimen ſcriptū: monumentū dico ſepulcrū

monumētm

¶ Hic ponit differentiā inter hoc monimen inis. et hoc monumentū ti. ¶ hoc monimen eſt ſcriptū vel cyrographus quo quis alteri obligatur ꝓ debito vel alia cōditione quacunqꝫ (anglice an endenture. Sed monumentū eſt ſepulcrū mortuorꝫ: q2 moneat mentes viuorꝫ ad memoriā defunctorꝫ. ¶ Itē monimē et monumentū ꝑ q̄ aliquid monemus: vel nobis reducitur ad memoriā. Vnde hyſtorie dicuntur monumenta q2 ad preterita nos monent ⁊ ad memoriā reducunt et etiā iudicia amoris ſcꝫ que nobis relinquuntur in ſignū et memoriam amoris dicuntur monumenta. Et dicitur de moneo es.

mundus. Eſt firmamentum mūdus; quia mundus extat.

minor

Mundus hō minoꝛ eſt: ⁊ mūdi machinā mūdus.

¶ Hic docet autoꝛ ꝙ mundus habet tres ſignificatōes. Mūdus aliqñ ſumit̄ pro ſuperioꝛi ⁊ digniori parte mundi ſcȝ pro firmamento ꝓpter excellentiā q̄ pͥcipue eſt in motu. Vel qꝛ pͥcipue mundū ⁊ purꝫ .i. nihil fecis hꝫ vel grauitatꝭ ¶ Itē mundus aliqñ dꝛ hō mycrocoſmus .i. minoꝛ mundus. ¶ Item dicitur architypus mundus .i. mundus ſenſibilis formabilis ⁊ mentalis. ¶ Itē mundus dicit̄ vniuerſitas creaturaꝝ. ſcȝ illud qđ conſtat ex quattuoꝛ elemētis in modū ſphere globatis. Et dꝛ ſic qꝛ ſemꝑ eſt in motu. ¶ Mundi etiā nomine mundi amatores deſignantur. Unde Mundus per ipſm factus eſt ⁊ mundus eū nō cognouit. Mundus in primo loco poſitus deſignat hunc mundū. In ſecundo loco deſignat amatores mundi. Et dꝛ mundus a moueo es. qꝛ ſemꝑ eſt in motu. ¶ Conſtrue. Mundus eſt firmamentū qꝛ illud extat mūdus .i. valde mundū ⁊ purꝫ. ⁊ mundus minoꝛ eſt homo: ⁊ mūdus eſt machina iſti⁹ mundi.

In ſpeculo ſpecto cupio ſtupeo quoqꝫ laudo
Hoc verbum miroꝛ tot notat equiuoce.
Vel ſic. quattuoꝛ iſta notat.

Miroꝛ

¶ Hic docet autoꝛ ꝙ hoc verbū deponēs miroꝛ aris. hꝫ quattuoꝛ ſignificationes. nā mirari .i. ꝓſpicere in ſpeculo: vt Ego bibi vinū ita claꝝ in quo quiſ poſuit ſe mirari .i. ꝓſpicere. ¶ Itē mirari idem eſt qđ cupere: vt ibi. Ad qđ miraberis qđ habere nō poſſis: mirabeꝛis .i. cuperes. ¶ Et mirari .i. ſtupere: ꝓ miro habere (anglice to wonder) vt ibi. Miroꝛ ⁊ admiroꝛ qđ iter ducis ⁊c̄. Et mirari .i. laudare. Unde Horatius. Tyros mirare colores .i. lauda purpurios colores. ¶ Itē ſignificatio huius verbi miroꝛ aris. per iſtos verſus ſequentes habetur. Miratur ſpeculans miratur monſtra paueſcens. Mirat̄ cupiens miratur ſingula laudans. ¶ Conſtrue. Hoc verbum miroꝛ notat quattuoꝛ iſta. In ſpeculo ſpecto ⁊c̄.

Miſceo cum varias res vnio cūqꝫ propino

Miſceo

¶ Hic docet autoꝛ ꝙ miſceo es. miſcui ere. mixtū tu. idē eſt qđ vnire res diuerſas adinuicē per mixturā (anglice to myngle) ¶ Et miſcere .i. ꝓpinare vel ꝓbere. Uñ Theodolus. Hauſit eo cunctis miſcendo pocula moꝛtis. miſcēdo .i. propinando vel prebendo. ¶ Conſtrue. Ego tunc miſceo cū vnio .i. colligo in vnū varias res: ⁊ ego miſceo cum propino vinū vel potum. ¶ Miſceo .i. propino vinum. eſt neutrum. ſecundum aliam ſignificationem eſt: actiuum.

Te moꝛoꝛ apprecians / moꝛoꝛ hic / moꝛoꝛ hos / moꝛoꝛ a te.
Actiuum neutrum ſic eſt communeqꝫ verbum

Moꝛoꝛ

¶ Autoꝛ dicit ꝙ moꝛoꝛ aris. aliquando idem eſt quod appreciari / laudare: vt moꝛoꝛ te id eſt laudo te: ⁊ tunc ponitur actiue idest tranſitiue. ¶ Et moꝛoꝛ ponit̄ aliqñ abſolute pro conſiſtere vel morā facere. Moꝛari aliqñ eſt impedire

(m) M

Alanus in anticlaudi. Nō illas largit̄ opes q̄ ſepe potentū. Excecant animos ſeu maieſtatis honorē. Inclināt minuunt leges ⁊ iura morant̄ id eſt impediūt. ¶ Moror in paſſiua ſignificatiōe ſumit̄: vt moror a te. i. impedior a te: ⁊ ſic ē verbum cōmune. ¶ Conſtrue. Ego appreciatus id eſt laudatus moror: ⁊ ego moror hic id eſt maneo vel conſiſto hic: ⁊ ego moror id eſt detineo vel tardo vel impedio hos: ⁊ ego moror a te id eſt impedior a te. Et ſic cū dī moror te eſt actiuū tranſitiuum. ⁊ dū dico moror hic eſt neutrum abſolutum. Et ſic eſt commune verbum quando dico moror cum illo moror hos: ⁊ moror a te.

Muſſo Murmurat ⁊ dubitat/ hec duo muſſo ſonat/

murmuro

¶ Hic docet autor ꝙ muſſare eſt murmurare. Galter⁹ in alexandreis. Muſſat tota cohors. i. murmurat. ¶ Et idē eſt qđ dubitare Virgili⁹. Stat pecus omne metum muſſantq; iuuence. muſſant id eſt dubitant. ¶ Conſtrue. hoc verbū muſſo ſonat id eſt ſignificat hec duo ſcȝ murmurat ⁊ dubitat.

Minime. Eſt minime quod non/ ſignificatq; parum

¶ Hic autor docet ꝙ hoc aduerbiū minime aliqñ eſt idem ꝙ nō: vt hic Johannem citatum corā nobis qui minime comparere curauit denunciamus contumacem: minime. i. non. ¶ Minime id eſt parū valde modicum. Et eſt aduerbium a nomine minimus a. um. vt iſte comedit minime iſto die. i. valde parum: ¶ Conſtrue. Minime eſt id eſt ſignificat quod non: ꝙ pro ⁊ iet minime ſignificat parum ſcȝ id quod parum.

Nequam/ Nequam peruerſus/ ⁊ nequam luxurioſus

¶ Finito capitulo de littera M/ hic incipit capitulū de N/ littera. Et primo ponit equiuocationē in hoc nomine hic hec hoc nequā: qđ habet duas ſignificationes. Primo. i. peruerſus a. um. vt ibi. Eſt niger nequā dictus cognomine nequam. Nigrior eſſe potes nequior eſſe nequis. Iſtos verſus fecit de magiſtro Alexandro nequam. ¶ Item nequam id eſt luxurioſus a. um. vt hec mulier ē nequam id eſt luxurioſa.

Nequicia Nequiciam facinus/ luxuriamq; voco.

¶ Autor dicit ꝙ nequicia cie. i. facinus (wyckedneſſe or curſydnes) vt iſte accuſatur nequicie quā cōmiſit. ¶ Nequicia. i. luxuria. vt Ouidius. Nequicia eſt que te non ſinit eſſe ſenem. i. luxuria.

Nepos tis Cognatum pariter/ nebulonem dico nepotem
Hic eſt de nepa de natus poſt venit ille.

nebulo
nepa
nebris

¶ Hic docet autor ꝙ nepos habet duas ſignificatiōes. Primo id eſt cognat⁹ meus ſcȝ filius filij mei: ⁊ tunc dicit̄ nepos quaſi poſt natus. ¶ Et nepos quaſi nebulo vel leccator. i. gluto: ⁊ tunc nepos dī ab hac nepa nepe genus ſerpentis eſt moriens in pariendo. Et dī nepe quaſi nece pariens: alio nōe vipera. i. vi pariens. Vñ. Conceptos morte parit equa vipera ſorte. ¶ Conſtrue. Dico nepot ē eſſe cognatū ſcʒ m̄:ū:ꝛ dico pariter nepotē eſſe nebulonē:hic nepos ꝓ nebulone ẜ ab iſto noīe hec nepa:ꝛ ille ſcʒ nepos ꝓ cognato venit de nat⁹.

Niſus auis/niſus conamen/rex quoqʒ niſus
Rex ꝛ auis per ſi/conamen in us genitiuat

Niſus ſi.

¶ hic dicit autoꝛ ꝙ hoc nomē niſus hʒ tres ſignificationes. Primo.i. auis q̄dam alio noīe alietus (anglice a ſparhawke) ¶ Niſus.i. conamen vel conatus Uñ in hymno dī. Niſibus hic totis canam⁹ dulciter hymnos:niſib⁹.i. conatib⁹ ¶ Niſus fuit ꝓpriū nomē regis cuiuſdā qui in auē ſui noīs ſm fabulas mutabatur interpretationē. Sed niſus pro ꝓprio noīe ꝛ pro aue declinat̄ hic niſus niſi ſecunde. Sed niſus pro conamine vel conatu:declinat̄ hic niſus niſus ſui. quarte. Et hoc eſt qđ dicit. Rex et auis per ſi.i. niſus qñ eſt rex.i. nomen regis vel quando eſt auis tunc genitiuat.i. facit gtīm per ſi. vt niſus niſi. Conamen.i. quando niſus eſt conamen genitiuat in us. vt niſus niſus.

Eſt nota noticia/nota ſignum littera labes
Nota/nota/nota/titulus/diſtinctio/pꝛobꝛum

Nota te.
noticia

¶ Autoꝛ docet hic ꝙ hec dictio nota te. habet plures ſignificationes. nā nota id eſt noticia:qꝛ per aliquā notam aliquē cognoſcimus. Et nota id eſt ſignum per quod q̄s notat:ꝛ illa ſigna que cantoꝛes faciūt in libꝛis dicunt̄ note:qꝛ per illa ſigna noſcunt quō cantent. Et nota.i. littera. Nota id ē culpa vel labes: vt iſte habet culpā in facie.i. labem (anglice a ſpotte) ¶ Et nota.i. titulus laudis. vel dignitatis. vt iſte eſt notabilis. Uel nota.i. titulus qua is ſcribitur in libꝛis cantoꝝ vel cantatorum. ¶ Et nota id eſt diſtinctio:ꝛ id eſt ſignū vt ſupra dixi. Et eſt pꝛobꝝ.i. labes ¶ Conſtrue. Nota eſt noticia: ꝛ nota eſt ſignū:ꝛ nota eſt littera:ꝛ nota eſt labes ꝛc. Nota nota ꝛc. Iſtū verſum de iſto libꝛo non credo/ qꝛ ſententia eſt eadē cū pꝛioꝛi verſu. ꝛ quia defectiuus eſt in metro qꝛ nota ibi producit pꝛiorē ſyllabam. ꝛ ſic debet conſtrui. Nota eſt titulus:nota eſt diſtinctio:nota eſt pꝛobꝛum id eſt labes vel oppꝛobꝛium.

Eſt noto notifico/noto ſcribo/noto repꝛehendo.

Noto tas
notifico

¶ hic autor dicit ꝙ hoc verbū pono nis. hʒ tres significationes. qr ponere est idem qd exponere: vt pone dapes .i. expone dapes .i. cibos. ¶ Et ponere .i. producere: vt gallina ponit oua .i. producit oua. ¶ Et ponere .i. disponere. Et etiā idem est qd statuere .i. locare. Pono nis. posui. ere. situm. tu. verbum actiuum. ¶ Construe. Tu pone .i. expone vel appone vel apporta dapes scʒ illas quas auis ponit: ⁊ ille dapes sunt oua: ⁊ sic ponas id est disponas te bene cum illis/ idest concedendo ea.

prodo dis

proditor

Prodere seducit/monstrat/prodire sed exit
Proditor a verbo formari querit vtroqʒ

¶ hic docet autor equiuocationē in isto verbo prodo dis. didi. dere. Et differentiā inter prodere verbū tercie cōiugationis qd componit de pro ⁊ do das. dare: ⁊ prodire verbū quarte coniugationis: qd componitur de pro ⁊ eo is. ire interposita d/ ⁊ dr prodeo prodis prodiui vel prodij prodire. ¶ Item ponitur equiuocatio in isto verbali hic proditor oris. qd a primo supino vtriusqʒ verbi formatur. Dicit ergo ꝙ prodo ꝓdis ꝓdere .i. seducere. decipere. Unde quidaʒ hunc mea spnens odit socium qui me male prodit .i. seducit vel decipit. ¶ Et ꝓdere id est monstrare. vt hic. Prode precor quere qd odit te queris amare. Et prodo est actiuū ⁊ cōiugat. Prodo prodis prodidi proditū proditu in supino. penultima correpta: ⁊ ꝯponit de pro ⁊ do das. ¶ Et prodire idem est qd exire Un̄ in hymno. Uexilla regis ꝓdeunt .i. exeunt. Et cōiugat. Prodo prodis prodiui prodire. ꝓdeundi do. dū. sicut superius dr. ⁊ facit proditū proditu in supino penultima correpta sicut de prodo Un̄ deriuat hic proditor oris .i. anterior vel ātecessor: Et proditor qn̄ descēdit de prodo prodis tūc idē est qd seductor vel deceptor (anglice a traytor) Un̄ iudas fuit proditor dictus eo ꝙ prodidit dn̄m ⁊ proditor monstrat. ¶ Construe. hoc verbū prodere seducit .i. decipit ⁊ mōstrat: sed prodire .i. exire. vt prodi a me .i. exi a me: ⁊ hoc nomen proditor qd est verbale querit .i. vult formari ab vtroqʒ verbo.

Potestas

Posse quidem rebus dat vis natura potestas
Officium meritum ꝯexum diuina volūtas

¶ Quidā exponētes istam lrām assignāt drīam inter humanā potestatē ⁊ diuinā voluntatē. Sed hoc vere nihil est. qr autor iste nō ponit drīam inter vocabula q̄ hn̄t aliquā similitudinē in voce sicut int pignero p e/ ⁊ pignoro p o. ⁊ inter prodere ⁊ ꝓdire: que oīa incipiunt ab eadē syllaba. Sed hic non est aliqua ꝯuenientia inter potestas ⁊ voluntas: nisi ꝙ vtraqʒ terminat in tas. sed qd in ¶ Unde hec dico ꝙ hic equiuocatio ponit in ista dictione potestas tatis. Nā

P Q

poteſtas.i.vis vel fortitudo humana. vt hic. Faciendi hoc nõ habeo poteſtatem.i.vim vel fortitudinē. ¶ Et poteſtas.i.natura humana vel naturalis vigor vel potentia hoīs. vt ſunt multa q̄ humane nõ ſubiacent poteſtati.i.nature humane. ¶ Itē poteſtas eſt ipſm poſſe per qđ pōt aliqs vel aliquid. Itē poteſtas eſt officium ⁊ nomē officij. vt maior ciuitatis eſt nomē cuiuſdam officij vt ille qui vocat maior londoniaꝝ. Vocat poteſtas bonomie ⁊ in pluribꝰ alijs ciuitatibus italie. ¶ Vel poteſtas eſt quoddā officiū angeloꝝ. vt ibi. Tibi celi ⁊ vniuerſe poteſtates.⁊c. ¶ Et poteſtas.i.volūtas dei. ¶ Cõſtrue ſic iſtos verſus. Poteſtas exiſtens idem qđ vis.i.fortitudo: vel potentia exiſtens idem qđ natura.i.vigor naturalis: dat rebus poſſe id eſt ꝑ qđ poſſunt. Et poteſtas exiſtens officiū dat meritū ſcʒ per qđ merē ſic appellari vel fungi tali officio. Et poteſtas exiſtens diuina voluntas: dat ſcrimē id eſt diſcretionem in rebus ꝑut vna res diſcernit id eſt diuiditur ab alia per ſpeciem. Poteſtas vt dicit Huguitio eſt illud qđ aliquis pōt: vel illud per qđ poteſt. vel ille qui poteſt.

Poto as. Poto do potum / poto ſumo michi potum.

potum

¶ Hic docet autor ꝙ poto as. habet duas ſignificatiões. Nā potare.i.potū dare. vt ibi. De torrente voluptatis potabit eos.i. dabit eis potū de torrente voluptatis. ⁊ tunc cõſtruitur cū accuſatiuo caſu. vt poto te.i.do tibi potum. pota me.id eſt da michi potū. ⁊ tunc eſt verbum actiuū. ¶ Et potare.i.ſumere potū vel bibere. ⁊ tunc eſt verbum neutrū vt poto ceruiſiam vel vinū. ¶ Et ſupina illius verbi ſyncopantur. Dicitur enim. Vado potū ⁊ non potatū in frequenti vſu. Et potauerunt me aceto.

Puto as. Eſtimat atq; ſecat puto denotat amputat inde.

99 progem
98 pnetta

¶ Autor dicit ꝙ puto as. habet duas ſignificatões. nā putare id eſt eſtimare vel in mente habere ſic vel ſic. ¶ Et putare.i.ſecare. vt ſuperius ſcribitur ibi. Falce puto.⁊c. puto ibi.i.ſeco vel ſcindo. ¶ Unde componitur cum am/⁊ dicitur amputo: ⁊ amputare id eſt circum ſecare. ¶ Conſtrue. Hoc verbum puto putas denotat.i.ſignificat eſtimat atq; ſecat. inde amputat deriuatur per compoſitionē. ¶ Et notat ꝙ debet dici extimo ⁊ nõ eſtimo. Sed ego ſcribo eſtimo ſm maiorem vſum ſcribentium. ⁊ componitur de ex/⁊ timo qđ eſt meno: ⁊ dr eſtimare/appreciari/vel putare. ⁊ tunc iterum componitur cū ex/et dr exiſtimo as. id eſt potare. ⁊ poteſt dici ꝙ in priori ſignificatione x/tranſit in s. vt patʒ in exiſtimo. ¶ Papias/Huguitio/⁊ Catholicon dicunt extimo. ⁊ ideo credo ꝙ x/non tranſit in s.

Queſtus Queſtus de quero tibi lucrum ſignificabit.
De queror queſtus vult ſignificare querelam.

querela
88 / qrreso

¶ Finito capitulo de equiuocis incipientibus a P. Autor hic tractat de equiuocis inchoantibus a Q. Primo dicit ꝙ hoc nomē queſtus qñ deriuat de quero ris. idem eſt qđ lucrum: qđ patet per eius compoſitū cõqueſtus.i.lucratio vel lucrum. vt rex adeptus eſt hoc regnum per conqueſtum id eſt lucrū vel lucrationem. ¶ Et conqueſtus quando deriuatur de queror quereris quod deponens eſt/eſt idem quod querelari. ⁊ tunc queſtus eſt idē quod querela. vt iſte fecit nobis queſtū id eſt querelam. Et declinatur hic queſtus tus. tui. quarte declinationis. ¶ Item habetur questus questa questum. ⁊ tunc est participiū de queroꝛ quereris questus sum quereri. vt ibi/ Talis questus est nobis .i. querulatus est nobis. ¶ Construe. Questus veniens ab hoc verbo actiuo quero queris significabit tibi lucrum. Questus veniens a queroꝛ quereris verbo deponenti vult significare querelam.

Per quotus hoc nomen/ numerus signať ⁊ oꝛdo. Quotus.
Si queris quot⁹/ iste venit/ numeꝝ michi signas
Si quotus iste sedet a me tunc oꝛdo notatur
Iste quotus venit/ se quarto se quoqꝫ quinto.
Sed quotus iste sedet/ quartus quintusqꝫ sc̄dus
Oꝛto notatur ita per quotus ⁊ numerus.

¶ Autoꝛ docet ꝙ hoc nomē quotus a. um. est nomen oꝛdinale quia omnia oꝛdinalia principaliter significant oꝛdinem: ⁊ secundario numeros. Et sunt nomina oꝛdinalia ista primus/ secundus/ tercius/ quartus. ꝛc̄. Et quotus deriuatur a quot. Cetera patebunt in expositione littere. ¶ Construe. Numerus signatur ⁊ oꝛdo id est significať per hoc nomen quotus a. um. Postea docet q̄ñ significat numerum ⁊ quando oꝛdinem. Unde dicit. Si tu queras quotus iste id est aliquis venit id est accedit ad villam. tunc tu signas michi numerū per hoc nomen quotus. Et si queras quotus iste sedet in mensa vel alibi: tunc notatur oꝛdo per ly quotus. ¶ Iste quotus est. ꝛc̄. In istis duobus versibus docet quomodo respondeatur alicui querenti. Quotus venit iste ad villam. vel quotus sedet ille ab illo in mensa. ¶ Construe Quotus iste venit id est accessit scꝫ ad villam. Respondendum est se quarto vel se quarto existente venit ad villam id est cum tribus vel cum quattuoꝛ venit ad villam. Sed si queratur quotus iste sedet a me vel te. Respondendū est quartus vel quintus vel sextus vel septimus. ꝛc̄. Et ita oꝛdo notať ⁊ numerus per hoc nomen quotus a. um.

Elegit/ ⁊ confert/ q̄/ copulat/ abnegat/ auget. q̄ dictio
Infinitat/ ⁊ assimilat/ rogat atqꝫ refertur.

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ hec dictio q̄/ multis modis accipiť. Aliq̄ñ poniť electiue vt in ps. Bonū est sperare in dño q̄ sperare in principib⁹. i. bonū est sperare in dño: ita ꝙ nō sperať in principibus/ ⁊ ita eligitur altera pars ⁊ altera negatur et refuteť. ¶ Aliq̄ñ poniť collectiue: id est comparatiue. vt iste eo foꝛtioꝛ q̄ ego. ¶ Aliquando q̄ copulat id est teneť copulatiue. vt tam petrus q̄ paulus est sanctus. ¶ Quandoqꝫ abnegat id est teneť negatiue. vt ibi. q̄ bonū est cōfidere in homine. ¶ Aliquando infinitat id est ponitur infinitiue. vt nescis q̄ male iste loquitur de te. ¶ Aliquando assimilat. vt ista est tam pulcra q̄ regina. ¶ Et negat id est interrogat. Ut q̄ bene diligis me. ¶ Et aliq̄ñ refert id est relatiue: vt tam bene currit Soꝛtes q̄ plato. vel ego diligo te tā bene q̄ me ipm. vel sic pro illis duobus scꝫ rogat ⁊ refertur potest q̄ exponi. ¶ Et quā pōt esse interrogatiuū nominale. vt quā causam habes aduersum me. Uel potest esse relatiuum nominis. vt video rem quam tu vides.

Quando Quando/refert/querit/aliquãdo qđ quia ſignat

quando
quia

¶ Autor dicit ꝙ hec dictio qñ refert .i. ponit᷑ relatiue: vt ego veni qñ tu eras ſolus. ¶ Quando quoqȝ querit .i. ponit᷑ queſitiue .i. interrogatiue: vt qñ veniſti ad villã. Vñ Virgilius in decimo enei. Aſpera quis natura loci dimittere qñ ſuaſit equos ⁊c̃. ibi qñ .i. aliqñ. ¶ Et qñ eſt idem qđ quia. Vñ idẽ Virg. in primo eneid. Hic tibi fabor eſt qñ hec te cura remordet .i. fabor tibi qꝛ hec cura remordet te. ⁊c̃. Et ſunt verba Iouis ad Venerẽ. ¶ Conſtrue. Hec dictio qñ refert et querit: ⁊ ſignat .i. ſignificat idem qđ aliqñ: ⁊ idem qđ quia ſcꝫ ſignificat.

Quaſi Exponit nomen aſſimulatqȝ quaſi.

¶ Dicit autor ꝙ hec ꝯiunctio quaſi qñ exponit aliquod nomen .i. vocabulũ: vt cũ dr̃ littera quaſi legitera .i. legenti iter tradens: tunc tenet᷑ quaſi expoſitiue. ¶ Quaſi quoqȝ aſſimulat .i. tenet᷑ aſſimulatiue: vt iſte vadit quaſi ebrius.

Qȝ ꝯiũctio Copulat ⁊ gloſat ſed ſicut vel qȝ notabit

¶ Autor ponit hic ꝙ hec ꝯiunctio qȝ aliqñ tenet᷑ copulatiue: vt Petrus Andreaſqȝ fratres. ¶ Tenet᷑ gloſatiue .i. expoſitiue: vt qñ ponit᷑ pro id eſt. vt ibi Legerat huius amor titulum nomenqȝ libelli: qȝ pro id eſt. qꝛ titulus libri et nomen libri idem ſunt. ¶ Aliqñ qȝ ponit᷑ pro ſed. Unde Virgilius. Precibuſqȝ iubent expoſcere pacem. ¶ Ponitur pro ſicut. Virgilius. Me famulam famuloqȝ heleno tranſmiſit habendã. ¶ Qȝ ponit᷑ pro vel. vt Thomas Robertuſqȝ legit: qȝ pro vel. ¶ Conſtrue. Hec coniunctio qȝ copulat: ⁊ gloſat .i. exponit: ⁊ notabit .i. ſignificabit ſed ſicut pro vel.

Quomõ Quomodo miratur/dubitat/ſimulatqȝ/doletqȝ/
Increpat inquirit virgo maria modum

¶ Hic autor docet quot modis accipit᷑ hec coniunctio quomodo. Uno modo admiratiue: vt quis in perplexitate poſitus dicat: quomodo euadã. quaſi diceret neſcio. ¶ Ponitur dubitatiue. Ut cum dubitans querit quomodo hoc feciſti? ¶ Ponit᷑ ſimulatiue. vt ego miror quomodo tu feciſti. ¶ Quomodo aliqñ eſt ſignum doloris. vt ibi. Quomodo ſedet ſola ciuitas plena. in libro Trenoꝝ. ¶ Quomõ ponit᷑ increpatiue: vt quomõ habuiſti te interficiendo iuſtũ viꝝ/ quaſi dicat male. ¶ Quomodo ponit᷑ inquiſitiue. vt ibi. Quomõ fiet iſtud qm̃ viꝝ nõ cognoſco. Sed doctores dicũt ꝙ ibi Quomodo ſunt due dictiões/ ⁊ debent accentibus duobus legi.

Quondã Preſens/ preteritũ quondã notat atqȝ futurum:
Sic modo/ ſic dudũ/ tria quodlibet indicat horũ.

¶ Hic docet autor ꝙ hoc aduerbium quondam denotat preſens tempus. vt Virgilius. Quondam etiam victis redit in precordia virtus. ¶ Item preteritum. Vnđ Tullius. Quondam fuit iſta in hac republica virtus.

¶ Et notat futuꝝ tempus. ⁊ Uirgilius. Quondã tua dicere facta tẽpus erit. ⁊c. ¶ Et similiter dicit autor de istis aduerbijs modo ⁊ dudũ. ¶ Construe. Quondã hoc aduerbiũ notat presens preteritũ. qꝫ pro ⁊. ⁊ futuꝝ scꝫ tempus sic quod vtrũqꝫ hoꝝ aduerbioꝝ modo ⁊ dudũ. hoc aduerbiũ modo ⁊ dudũ indicat .i. libet. id est monstrat tria scꝫ tempora. ¶ Uel construe sic secũdũ versum. hoc aduerbium modo. hoc aduerbiũ dudũ: notat presens. ⁊c̃. Postea epilogat dicens illud quod ante docuit: sic quodlibet horum scꝫ quondam id est modo ⁊ dudum notat tria scꝫ tempora presens/ preteritum/ ⁊ futurum.

Certe etiam simile denotat ista quoqꝫ — **Quoqꝫ**

¶ Autor docet ꝙ hec dictio quoqꝫ aliqñ sumit̃ pro certe: vt hic. Cunctis cogito que dicere nolo: quoqꝫ .i. certe nolo dicere cunctis ea que cogito. ¶ Et quoqꝫ ponit̃ pro etiã. Un̄ Priscianus. quoqꝫ quando ꝓ etiã ⁊ per simit̃ .i. accipitur copulatiue. Un̄ Uirgilius. Tu quoqꝫ lictoribus nostris encia nutrix. ibi ponit̃ quoqꝫ ꝓ etiã. vel pro ⁊. ¶ Itẽ quoqꝫ ꝓ similiter accipit̃. Un̄ idẽ Priscia. in hoc exemplo Uirgilij. Multa quoqꝫ et bello passus dũ cõderet vrbẽ. hic quoqꝫ pro similiter necesse est accipi cũ sequtur ⁊. Unde qñcunqꝫ hec cõiunctio et sequitur quoqꝫ immediate in eadẽ orõne: tũc quoqꝫ idẽ est q̃d similiter. ¶ Cõstrue. hec coniunctio quoqꝫ denotat scꝫ certe etiam ⁊ simile id est similiter.

Rancoꝛ vt est carnis/ sic est coꝛrupto mentis. — **Rancoꝛ**

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ ista dictio rancoꝛ habet duas significatiões. Nã rancoꝛ est coꝛruptio carnis (anglice the rotennes of flesshe). Un̄ carnes dicunt̃ rancide si defectũ patiant̃: sicut panis dicit̃ similiter mucidus (anglice mouled) Sꝫ potius dicit̃ acidus (anglice soure) Et opisus a. um .i. flaridus a. um. vt ista oua sunt opisa .i. flarida. ¶ Itẽ rancoꝛ .i. defect⁹ mẽtis vt iracũdia. ¶ Cõstrue. Ut .i. sicut rancoꝛ est coꝛruptio carnis: sic rãcoꝛ est coꝛruptio mẽtis .i. iracũdia.

Est radius rede/ solis/ tele/ geometri. — **Radius**

¶ Hic docet autoꝛ ꝙ radius habet quattuoꝛ significatiões. Nã radius ꝑtinet ad redam .i. rotam rede (anglice a spoke). ¶ Et radius est sol (anglice the sõne beme) ¶ Et radius est illud lignũ per q̃d currit pecten textoris in qua stat tela qñ texit̃. Unde Ouidius. hec radio stantes ꝑcurrit pectine telas. ¶ Itẽ radi⁹ est virga geometri cũ qua protrahit figuras suas in puluere vel cũ qua metitur .i. mensurat altitudinem ⁊ profunditatem alicuius coꝛporis.

Regula sermo/ regula lignum/ regula noꝛma — **regulã le.**

¶ Docet hic autoꝛ ꝙ hoc nomen regula habet tres significatiões. Nã regula .i. sermo. vt iste addiscit regulam sancti augustini. ¶ Et regula dr̃ instrumentum ligneũ vel ferreũ edificatoꝝ quasi rectula (anglice a rule. ¶ Itẽ regula .i. noꝛma qr̃ q̃d prauũ est ⁊ distoꝛtũ coꝛrigit ⁊ ad rectitudinẽ reducit.

Esse libꝛum/ libꝛi ducem/ dic esse registrum. — **Registrũ**

¶ Hic docet autoꝛ ꝙ hoc nomen registrũ stri. habet duas significationes. Nã ꝟ. 8

Regiſtrū eſt liber in quo plura geſta vel facta cōtinentᷣ: vel in quo plures libri ſunt. ℂ Et regiſtrū eſt quedā corrigia ꝑ quā facis folia libroꝝ equalia. Vel eſt iſta regula quā habēt ſcriptores ad formādū ꝛ equādū libros ꝛ qternos ſuos. ℂ Conſtrue. Dic regiſtrū eſſe librū: ꝛ dic regiſtrū eſſe ducē. i. regulam libri.

Reticulū **Reticulum omonime/piſcatoriſqꝫ puella.**

ℂ Hic autor docet ꝙ hoc reticulū li. equiuocatᷣ ad duo. Nā eſt diminutiuū de hoc rete tis. i. paruū rete. ꝛ ſic ꝑtinet ad piſcatorē. ℂ Et reticulū eſt ornamentū puellaꝝ in capite (anglice a calle). ℂ Conſtrue. Reticulū eſt omonime ꝛc̄. ꝛ dr̄ ab omon qḋ eſt ſimile ꝛ omona qḋ eſt nomē: qꝛ ī dictiōe equoca eſt ſimilitudo in noīe ꝗuis ſit diuerſitas in ſignificatiōe. Vel omonimū dr̄ a monos qḋ ē vnū ꝛ meris diuiſio vel diſtinctio quaſi vnū diuiſum vel diſtinctū in plura.

Rudis **Virga rudis: rudis indoctꝰ: rudis eſtqꝫ nouellus**

ℂ Autor dicit ꝙ rudis habet tres ſignificationes. Nā rudis eſt virgā pretoris cum qua percutiebantur in capite qui fiebant liberi de ſeruis: qꝛ pretor percutiendo ſic diceret aio te liberū. Et tunc declinatur hec rudis rudis rudi. ꝛ eſt ſubſtantiuum. Horatius in libro ſermonū in primo. Spectatū ſatis ꝛ donatū iam ruda queris. Et rudis id eſt indoctus: vt Iſte ruſticus eſt rudis. vt bos dr̄ communiter. ℂ Et rudis. i. nouellus. i. valde nouus. Unde Claudianus in minore. Et rudibus remis ſollicitauit aquas. rudibus id eſt nouellis. Et in illis duabus ſignificationibus rudis eſt adiectiuum. ꝛ declinatur hic ꝛ hec rudis ꝛ hoc rude. Et comparatur rudis rudior rudiſſimus.

Reſto as. **Reſtat ſignificat ſupereſt/ꝛ conſtat oportet.**

ℂ Autor hic ponit ꝙ reſto as. habet tres ſignificatiōes. Nā reſtat. i. ſupeſſe vel ſuperfluere: vt ſic. Expendi pecuniā meā vt nō reſtat inde in burſa mea vnus denarius. id eſt ſupereſt vel ſuperfluit. ℂ Reſtat. id eſt conſtat: vt reſtat ꝙ homo eſt animal. ℂ Reſtat id eſt oportet: vt reſtat me ſcribere id eſt oportet me ſcribere: ꝛ tunc eſt verbū impersonale. ℂ Cōſtrue. Hoc verbū reſtat ſignificat iſta ſcꝫ ſupereſt/cōſtat ꝛ oportet. Et cōiugatur. Reſto as. reſtiti are. reſtitū tu. in ſupino. Et componitur de re ꝛ ſto as. are. ꝛ eſt neutrum.

re **Re retro ſignat iterum re priuat ꝛ auget.**

ℂ Hic docet autor ꝙ illa ꝓpoſitio inſeparabilis re. in cōpoſitiōe pluribus modis accipitur. ℂ Aliqñ re ſignificat iteꝝ in cōpoſitione. Ut in verbo recedo dis id eſt iterum ire. Unde Panphilus. Ire rediſſe viam tibi nec cuiꝗ̄ prohibebo. ℂ Aliqñ ponitur pro retro: vt patet in hoc verbo recalcitro as. i. retro calcitro cū calce. i. talo. ℂ Re aliqñ tenetur priuatiue in compoſitione: vt recludo oſtiū ꝛ nō claudo ſed aperio. ℂ Et re auget. i. ponitur augmentatiue: vt in iſta dictione recuruus a um. id eſt valde curuus. vel relido dis. i. valde ledo dis.

Sacer. **Sacrum quod ſanctū: ſimul execrabile ſignat.**

lg sordidus

¶ Finito capitulo de R. autor docet de incipientibus ab S. Dicit ꝙ hoc nomē ſacer a.um. equiuocatur ad duo. Primo ideſt ſanctus a.um. Unde ſacrare ideſt ſanctificare. vnde ſacerdos quaſi ſacra dans. ¶ Sacer a.um. id eſt execrabilis/excōmunicatus. Uirgilius. Quid nō mortalia pectora cogit auri ſacra fames. ſacra id eſt execrabilis.

Sagana gummi/ ſagana veſtis/ ſagana vates Sagana

¶ hic autor dicit ꝙ ſagana habet tres ſignificatiōes. Nam eſt quoddam genus gummi. Et eſt quoddam genus panni vel veſtis qđ ꝛ ſagum dr̄ ab raſa ꝛ tenuis (anglice ſaye or worſted). ¶ Et ſagana eſt propriū nomen vatis id eſt ſacerdotiſſe (a wytche).

Eſt eris ſpecies ſtagnū/ ſtans eſt aquā ſtagnum. ſtagnum.

¶ hic docet autor ꝙ hoc nomen ſtagnum habet duas ſignificationes. Nam eſt quedā ſpecies eris.i.metalli (anglice tyn) ¶ Et eſt aqua coacta ſtans ꝛ morans in aliquo loco per artē hominū (anglice a ponde or a pole). Quidā dicūt ꝙ ſtannum pro metallo debet ſcribi cum duplici n/ ꝛ ſine g/ Sed ſine dubio nichil eſt ex quo in illo libro autentico ſic ſcriptum reperitur: ſed ſemper cum g/ ſic ſtagnum.

Sal condimentum/ ſal quod ſapientia ſignat ſal ſalis
Cuius plurale reprehenſio dicitur eſſe ſapientia

¶ hic docet autor ꝙ ſal ſalis in ſingulari numero duo ſignificat. et in plurali vnum ſignificat. Sal in ſingulari dicit̄ condimentū qđ ſatis notū eſt: ꝛ declinatur hic ſal ſalis maſculini generis. Apud antiquiſſimos tn̄ fuit neutri generis: in quo genere eccleſia ponit qn̄ ſignificat illud qđ ſapientia. Doctrinale. hic ſal hocqꝫ dabit: neutrū plurale carebit. ¶ Sales autē in plurali numero.i. reprehenſiones vel amari ſermones id eſt pleni amaritudinis. Ut ibi. Uerbaqꝫ cum ſalibus aſpera dedit. ¶ Conſtrue. Sal id eſt condimentū: et ſal ſignificat idem ꝙ ſapientia ſignat. Plurale.i. numerus pluralis: cuius ſcꝫ ſalis ꝛ pluraliter ſales dicunt̄ eſſe reprehenſio.i. reprehenſiones vel verba amara. ¶ Item ſales dicuntur verba iocoſa vel facete dicta.

Sāguis progenies/ ſanguis quoqꝫ dicit̄ humor. ſanguis
Sanguis peccatum ſignat/ ſanguis quoqꝫ vitā.

¶ hic docet autor ꝙ ſanguis inis. habet quattuor ſignificationes. Nā eſt idē quod progenies. Unde Galfridus in poetria autor illius libri. Egregius ſanguis te confert bartholomei. ¶ Et ſanguis dicitur ille humor rubeus in homine ſatis bene notus. ¶ Sanguis id eſt peccatum: vt ibi. Libera me de ſanguinibus deus: ideſt de peccatis. ¶ Et ſanguis ſignat vitam: vt ibi. Omnis anima in ſanguine ſedem locauit. ideſt vita.

Statio Eſt ſtatio vita/ ſtatio portus/ ſtadiūq;

ſtadium

¶ Hic autor docet ꝙ hec ſtatio onis. hʒ tres ſignificationes. Nā ſtatio .i. locus vbi naues ad tempora ſtant. Sed portus naturalis eſt ⁊ ꝑpetuus. Vn̄ Lucanus. Soluit ab omni quiſq; ſuam ſtatione ratem ¶ Et ſtatio .i. vita iſta: qꝛ hic ſtamus ad tempus: nō enim habemus hic manentem ciuitatem ſed futuram inquirimus. Statio ideſt ſtadium: ⁊ accipitur pro illo ſtallo in quo eccleſiaſtici ſtant in choro. ⁊ dicitur a ſto ſtas.

Species. Forma decens ſpecies/ ſpecies de pluribus vna/
Dicitur ⁊ fenix ſpecies auis/ efficit egrum
Incolumen ſpecies ⁊ nomina ſunt ſpecierum

¶ Dicit autor ꝙ ſpecies multis modis accipitur. Nam ſpecies .i. plenitudo ſeu forma ſm̄ quod dr̄. Species priami digna eſt imperio .i. pulcritudo vel forma priami. ¶ Et ſpecies dr̄ ꝑdicabile in logica ſcʒ qḋ ꝑdicatur de pluribus numero differentibus. ¶ Et ſpecies dr̄ ineſſe vni ſoli que vocatur fenix: ⁊ eſt auis vnica in mundo. Unde. Unica cū ſit auis fenix res particularis. Qui non miratur ſi pro ſpecie teneatur vel reputatur. Et ſpecies eſt confectio medicorum ſiue apothecariorum que egris conuenit ⁊ infirmis. ¶ Item ſpecies eſt quoddā accidens partium orationis ſm̄ qḋ dicitur. hoc nomen eſt primitiue ſpeciei. ¶ Et ſpēs eſt occaſio vel cauſa. ¶ Item ſpecies dr̄ maneries rerum. vt cum dr̄. Huius ſpeciei herba eſt in orto meo. ¶ Species eſt ꝓpria forma id eſt ꝓpria qualitas que dinoſcitur ex conuentu accidentium ⁊ diſpoſitione partium. ¶ Conſtrue. Spēs eſt forma decens .i. pulcritudo: ⁊ ſpecies eſt vna ſcʒ res ꝑdicata de pluribus numero differentibus. ⁊ fenix auis dicitur ſpecies id eſt dicitur facere ſpeciem. Et ſpecies efficit egrum .i. infirmum eſſe incolumem ideſt ſanum: ⁊ nomina ſunt ſpecierum primitiue ⁊ deriuatiue ſpeciei.

Senſus Senſus quo ſentis eſt ⁊ ſententia ſenſus:
Eſt intellectus ſeu ſignificatio ſenſus

ſententia
ſignificatio

¶ Hic docet autor ꝙ hoc nomen ſenſus equiuocatur ad quattuor. nam ſenſus eſt per qḋ ſentis. Unde quinq; ſunt ſenſus hominis vt patʒ per verſum. Guſtus ⁊ olfactus auditus viſus tactus. ¶ Et ſenſus eſt ſententia dictionis vel orationis ¶ Senſus eſt intellectus. Vn̄ dr̄. Iſte habet bonū ſenſum ideſt bonum intellectum. ¶ Senſus eſt ſignificatio: vt cum dicitur. Dic mihi ſenſum iſtius vocabuli .i. ſignificationem. ¶ Conſtrue. Senſus eſt hoc quo .i. per qḋ ſentis: ⁊ ſenſus eſt ſententia. Senſus eſt intellectus ſeu pro vel ſignificatio.

Signum Signum vexillum/ ſimulacrū/ ſtella/ ſigillum
Et crucis ſignū quod conterit omne malignum.

ſimulacrum
ſigillum

¶ Hic autor docet ꝙ hoc nomen ſignū ni. hʒ quinq; ſignificatiōes. nam ſignū ideſt vexillū (anglice a banner) Lucanus. Signa pares aquilas ⁊ pila minantia pilis. ¶ Et ſignū eſt ſimulacrū .i. imago. vn̄ dr̄. Vidi ſignū ſcī Johannis in

8

ecclesia.i.ſimulacrū vel imaginē. Signū.i.ſtella. Unde Ouidius in faſtis. Lapſaq; ſub terris ortaq; ſigna canā. ſigna.i.ſtellas. Signū.i.ſigillum. Uñ Notarius vel tabellio dicit Tale eſt ſignū meū. Horati⁹ Imprimit his ſigna tabellis id eſt ſigilla. ¶ Signum eſt figuratio crucis cuius virtute tentationes dyaboli ſuperamus. ¶ Conſtructio plana eſt.

Purgat equum ſtrigilis: ⁊ ſtrigilis anxia cratis. **Strigilis**
Strigilis ex ligno vel ferro ſcanſile factum.
Strigilis apta pedi res lignea religioſi

ſtrepeo 187
ſpeculum 187
ſepulcrum 186

¶ Hic docet autor ꝙ ſtrigilis habet plures ſignificatiōes: Nā ſtrigilis eſt inſtrumētū quo caro mundat̄ ⁊ ſudor eradit̄: ⁊ in hac ſignificatiōe ſtrigilis aliq̄ñ apocopatur. Et ſtrigilis lis. eſt ferrea crates vel cratis.i.patella ferrea (anglice a craſſet). ¶ Strigilis eſt inſtrumentū quo eq̄ purgant̄ (anglice a horſcōbe) ¶ Strigilis eſt inſtrumentū quo furant̄ pueri vuas vel ficus ⁊ poma vel ceraſa. ¶ Conſtrue. Strigilis purgat equū: ſtrigilis eſt anxia.i.nociua cratʒ q̄ hʒ ſtimulos. Et ſtrigilis eſt illud inſtrumentū quo ſcandimus equū: ſtrigilis ē ſcanſile.i. illud quo ſcandimus factū ex ligno vel ferro (anglice a ſtyrop of tree or of yron). Et ſtrigilis eſt res lignea apta.i.cōueniens pedi religioſi.

Simplex legitimus/ſimplex idiota vocatur **Simplex**
Eſt bona ſimplicitas/eſt mala ſimplicitas ſimplicitas

¶ Autor hic docet ꝙ ſimplex aliq̄ñ ſumit̄ in bona ſignificatiōe ⁊ aliq̄ñ in mala. Et ſimiliter hoc nomē ſimplicitas q̄d formatur ab eo. Quia aliquis dicit̄ ſimplex qui eſt bonus. Et aliquis dicitur ſimplex qui eſt idiota.i.ſtultus ⁊ nullius litterature: vel ſimplex eſt qui nullis bon⁹ eſt. Et in vtroq; ſenſu ſimplicitas inuenitur. ¶ Conſtrue. Simplex vocat̄ legitimus vt bonus ⁊ iuſtus. Et ſimplex vocat̄ idiota: ⁊ aliqua ſimplicitas eſt bona (q̄ñ vt̄ de ſimplex q̄d eſt bonus) Et ſimplicitas eſt mala (q̄ñ venit de ſimplex quod eſt idiota).

Hic ſinus eſt portus curuatio carbaſus arcus **Sinus**

¶ Hic docet autor ꝙ hic ſinus ni. habʒ quattuor ſignificatiōes. Nam ſinus id eſt portus (anglice an hauen) ſcʒ vbi naues conueniunt. Et ſinus eſt idē quod curuatio vel ſinatio quod idē eſt. ¶ Et ſinus eſt carbaſus veli id eſt velum q̄d eſt extenſum per ventū ſiue illa tuberoſitas veli q̄ñ ſcʒ velum eſt plenū ventis (anglice the ſayle cloth of a ſhyp) Uñ Lucanus. Totaſq; rudētes laxauere ſinus. ¶ Et ſinus eſt arcus id eſt quedā arcuatio pontis. ¶ Conſtrue. Hic ſinus eſt portus ⁊c̄.

Spinx auis ⁊ mōſtrū/ſpinx eſt quoq; belua pōti. **Spinx**

¶ Hic autor docet ꝙ hoc nomen. ſpinx equiuocat̄ ad tria. nā ſpinx eſt quoddam monſtrū ſed fictū quale eſt chimera vt patet per verſum. Spinx volucris penna pede ſerpens fronte puella. Et ſpinx eſt quedā belua ponthi.i.crudelis beſtia ponthi: vel vt quidā dicūt: ſpinx eſt quoddā genus ſimie piloſe.

6

Stirps Stirpps eſt progenies: ſtirps radix dicitur eſſe
Stirps mens eſt arbor: ſtirps mea dicit homo

¶ Autor dicit ꝙ hoc nomen ſtirps habet duas ſignificationes. nā ſtirps .i. progenies vel proſapia: vt iſte eſt de ſtirpe mea (anglice of my kynne) ⁊ tūc eſt feminini generis: vt hec ſtirps pis. Et hic ſtirps .i. radix de arboribus. Un̄ Uirg. Et ſtirps erunt ymos ⁊ tūc eſt maſcu. ḡnis. ¶ Conſtrue. Stirps eſt progenies ⁊ ſtirps dicit̄ eſſe radix arboris: ¶ Secūdus verſus nō plus docet niſi ꝙ ſtirps p̄ radice arboris eſt generis maſcu. ⁊ progenies eſt feminini generis.

ſubſtātia De forma / de materia / de compoſitoq;
Dicitur equiuoce ſubſtantia: grecus ac ipſe
Hic mihi diſtinguit: ſubſtans ſit ypoſtaſis ipſum
Uſioſis forma: ſed compoſitum ſit vſia.

¶ Hic docet autor ꝙ hoc nomen ſubſtantia eſt equiuocū. nam aliqñ ponit̄ p̄ forma abſtracta: vt in hac dictōe albedo que ſignificat tm̄ formā ſiue accidēs illud qḋ eſt albū vel albedo. ¶ Et ſubſtantia ponitur tm̄ pro materia informi que nō recipit formā. ¶ Et ſubſtantia ponit̄ aliqñ pro vno cōpoſito de forma ⁊ materia ſicuti nos latini pro iſtis tribus pro quolibet iſtorū niſi vnū nomē ſcʒ ſubſtantia. Et greci habent tria noīa pro quibus ipſam materiā informem vocauit ſcʒ ypoſtaſim: ⁊ dr̄ ypoſtaſis ab ypo qḋ eſt ſub / ⁊ ſtaſis qḋ eſt ſtans / quaſi ſubſtans in materia. Formam autē ſine materia vocāt vſioſim ⁊ vſiam vocant ſubſtantiā compactā ex materia ⁊ forma. ¶ Conſtrue. Subſtātia dicitur equiuoce .i. equa voce de forma ⁊ materia ⁊ de compoſito ſcʒ de materia ⁊ forma. Ac pro ſed ipſe grecus diſtinguit .i. diuidit hec noīa ſic. Hoc nomen ypoſtaſis ſit ipm̄ ſubſtās .i. materia ſola. Et vſioſis ſit forma: ſed vſia ipm̄ compoſitum de forma ⁊ materia.

Supera. Supera velorum: ſed ſupera ſunt mulierum

¶ Autor dicit ꝙ ſupera hʒ duas ſignificationes. nā ſupa ſūt plice veli quales naute ligant ad velū vt liberius ventū recipiāt. Lucanus. Supera velorꝫ perituras colligit auras: ⁊ vocant̄ (bonettes of the sayle) ¶ Et ſupera dicunt̄ veſtes mulierꝫ que alio noīe dicunt̄ teriſtra: a teron qḋ eſt eſtas: qr̄ veſtes eſtiuales ſunt (anglice a rochet). Et dr̄ hic ſuperus ri vel hec ſupera perū .in plurali numero. hꝫ ſuperi vel hec ſupera ſuperorꝫ heteroclytū genere. ¶ Conſtrue. Supera ſūt velorꝫ ſcʒ plice: ⁊ ſupera ſunt mulierꝫ ſcʒ quedā veſtes.

ſummus Supremū notat extremū: ſummū ſimul altum:

ſupremus
ſimul

¶ Hic autor dicit ꝙ ſummus a. um. idē eſt qḋ ſupremus a. um. vt ibi. A ſūmo celo egreſſio eius. ¶ Sūmus .i. extremus. Ut in ſūmo die iudicij .i. in extremo die. ¶ Et ſummꝰ .i. altus vel altitudo. vt ibi. Ad mētis ſumma ꝯſcendit .i. ad altitudinē. ¶ Et ſummus eſt ſuplatiuus gradus de ſupra. ¶ Cōſtrue. Summū notat ſupremū: ⁊ notat extremū: ⁊ notat ſimul altum .i. altitudinē.

Suſpenſum tacitum dic pendentemqꝫ ligatum ſuſpēſum

¶ hic docet autor q ſuſpenſus a. um. duo ſignificat. Primo .i. tacitus. vt iſte ſedet ſuſpenſus: id eſt tacitus. Et ſuſpenſus eſt ille qui pēdet collo furcis ſcꝫ latro dignus eſt fune perire. Et presbyter dicitur ſuſpenſus qui non poteſt celebrare ¶ Conſtrue. Dic ſuſpenſum eſſe tacitum: ⁊ dic aliquē latronē ligatū cum fune et pendentē eſſe ſuſpenſum. Et eſt ſuſpenſus participiū de ſuſpendor.

Scandalizare dicas exemplificare. ſcādalizo
Scandalizo tamen derideo dicitur eſſe

¶ hic docet autor q ſcandalizo as. habet duas ſignificatiões. Nam ſcandalizare .i. exemplificare vel dare vel oſtendere malū exemplū. Uñ ⁊ dr a ſcandalū qd eſt malū exemplū. vt ibi. Ue homini illi p quē ſcādalū venit .i. malū exemplū Dr ſcādalizare .i. deridere. vt ibi. Qui ſcandalizat vnū de puſillis me ſcādalizat .i. deridet: ⁊ ſcandalū (a quo deriuat) eſt idē qd deriſio. ¶ Conſtrue. O lector dicas ſcādalizare eſſe exemplificare. ⁊ tñ ſcandalizare dr eſſe derideo es. deriſi.

Eſca ſapoꝛe ſatis: vir quoqꝫ mente ſapit ſapio is.

ſatis

¶ Autor hic docet q hoc verbū ſapio is. duo ſignificat. Primo .i. bonum ſaporem dare. vt ibi. Delicata ſapiunt id eſt bonum ſaporem habent vel dant. ¶ Et ſapere eſt ſapiens eſſe: vt iſte homo bene ſapit id eſt ſapiens eſt: ⁊ componitur deſipio pis. male ſapere vel nō ſapere. et reſipio pis. id eſt iterum ſapere. Unde Reſipiſco reſipiſcis inchoatiuū propꝛie enim ille reſipit vel reſipiſcit qui penitens fouſſacti redit ad ſatiſfactionem. ¶ Conſtrue. Eſca ſapit ſapoꝛe. ⁊ vir ſapit mente. ⁊c. Et ꝯiugatur ſapio pis. ſapui vel ſapiui. ere. itum. tu. media pro ducta. Facit enim preteritum et ſupinū ad modum verbi quarte coniugationis. Unde verſus. Arceſſo / capio / ſapio / peto / quero / laceſſo. Quarte preterita retinent quarteqꝫ ſupina. Et iſta ſunt verba tercie coniugationis. ⁊c.
¶ Item Sapio eſt neutrum cum omnibus ſuis compoſitis.

Stello ſimul mittit: abſcondit: implet: ⁊ oꝛnat ſtello las.

¶ Autor dicit q hoc verbū ſtello ſtellas. ſtellaui. antiquum eſt: et habet quattuoꝛ ſignificationes. Nam idem eſt quod mittere / vel mandare / vel deſtinare. ¶ Stellare id eſt abſcondere / et implere / et oꝛnare. Sed non eſt in vſu noſtro. nec autoritate nihil hic repertum.

Sternit equoce mare lectus: equus: dom⁹: hoſtis ſterno nis

¶ Autor docet q ſterno ſternis habet quinqꝫ ſignificationis. Nam eſt ſedare vel pacificare (anglice to ſeas) vt mare ſternitur. id eſt ſedatur vel pacificatur ſiue tranquillum redditur rabie tempeſtatum. ¶ Et ſternere id eſt oꝛnare cum ſella. vt equus ſternitur id eſt oꝛnatur cum ſella. ¶ Et ſternere .i. oꝛnare domū cū ſtramine vel cypꝛis. vñ domus ſternitur id eſt

8

ornatur cum ſtramine. Et eſt ſternere id eſt deijcere/peſſundare/ſub pedibus terere. vnde hoſtis ſternitur id eſt deijcitur/vel peſſundatur/ſub pedibus teritur cum ſuperatur (anglice out tro wen) et in illa ſignificatione ſterno ſternis eſt actiuum. ¶ Sterno ſternis ſtraui ſternere ſtratum ſtratu.

ſoluo uis. **Soluo cum reddo/cum libero ſoluo ligamen.**

¶ Soluo uis. habet tres ſignificatiões. Primo id eſt reddere: vt ſolue debita id eſt redde. Et ſoluere id eſt liberare. vt ſolui detentum in carcere. id eſt liberaui. ¶ Et ſoluere in propria ſignificatiõe eſt ſolutum facere: vt ſolui ligamen. id eſt vinculum, vel illud quod ligatur (anglice as a knotte).

ſpondeo. **Spondeo pꝛomitto/plegius pꝛo paup̄e ſpondet.**

¶ Spondeo es ſpopondi dere. ſponſum ſu. verbũ actiuũ habet duas ſignificationes. Primo eſt promittere: vt quodcunqꝫ iubes honeſtũ vel licitũ ſpondeo perpetrare id eſt promitto. ¶ Et ſpondere. id eſt fideiubere: vt ſpondeo pꝛo eo vnde hic ſponſoꝛ ſponſoris. in vtraqꝫ ſignificatione ſcꝫ pꝛo promiſſore ⁊ pꝛo fideiuſſore. ¶ Conſtrue. Ego ſpondeo id eſt promitto. ⁊ plegius id eſt fideiuſſoꝛ ſpondet id eſt fideiubet pꝛo paupere ſcꝫ homine qui fore fecit.

ſubigo. **Qui ſubigit ſuperat: ſupponit: arat: fricat: effert.**

ſupero

¶ Dicit ꝙ ſubigo gis. egi. ere. habet quinqꝫ ſignificationes. Primo. i. ſuperare. Vñ Theodolus. Quã natura dedit legẽ ſuſanna ſubegit. i. ſuperauit. ¶ Et ſubigere. i. ſupponere (anglice to vnderputte) vt talis ſubegit mulierẽ. i. ſuppoſuit. Vñ. Clericus vxorem clamidis mercede ſubegit. clericus ſubegit. i. ſuppoſuit. ¶ Et ſubigere. i. arare. vt t̃ra iſta eſt ſubacta. i. arata. ¶ Subigere. i. cogere/impellere/ſubiugare. ⁊ cõponit̃ de ſub ⁊ ago is. Et ſubigere. i. efferre. i. exaltare.

ſuffio fis **Suffio fumum facio/ſuffioqꝫ miniſtro.**

¶ Docet hic autoꝛ ꝙ ſuffio fis. fiui. fire. habet duas ſignificationes Nã ſuffire id eſt ſuffumigare et fumũ facere. Et ſuffigere. i. ſubminiſtrare. Et componitur de ſub ⁊ fio fis. ⁊ eſt actiuũ ⁊ producit hanc ſyllabam nõ ſicut fio. ¶ Conſtrue. Suffio. i. facio fumũ. ⁊ ſuffio. i. miniſtro hoc eſt exhibeo vel miniſtro id eſt ſubminiſtro id eſt ſubſtituo vel obſeruio: ⁊ ſecundum hoc ſuffio eſt neutrum.

ſufficio. **Sufficit iſta facit/ſubſtituit ſatis eſt**

¶ Autoꝛ hic ponit ꝙ ſufficio cis. duo ſignificat/Primo ſubſtituere: vt ego ſufficio te in loco meo. i. ſubſtituo et tunc eſt actiuum. ¶ Sufficere id eſt ſatis eſt. et tunc eſt neutrum. Sufficio ſufficis ſuffeci ere. ſuffectum ſuffectu in ſupino. ¶ Conſtrue. hoc verbũ ſufficit. facit. i. ſignificat iſta ſubſtituit id eſt ſatis eſt.

ſuggero. **Suggerit ad bona/ſuggerit ad mala ꝑtinet apte**

¶ Suggero ris. ſuggeſſi ere. ſuggeſtũ tu. hꝫ plures ſignificatiões. Nã ſuggeres re ꝑtinent ad bonū: vt ibi. Et ſuggeret vobis oīa quecūq dixero vobis .i. docebit vos. Suggere .i. latēter aliqd alicui ꝯſulere ⁊ ꝓprie cauſa nocendi. ❡ Suggere .i. ſubmittere: ſubtrahere/vel ſubminiſtrare: vel iudicare: vel dicē: vel ſuadere. Et componit̄ de ſub ⁊ gero geris gerere geſſi geſtū geſtu. in ſupino.

Supero.

Qui ſuperat ſuper eſt/aſcendit/vincit/abundat.

❡ Supero ras. aui. are. equocat̄ q̈ttuor ꝓ. Nā ſupare .i. ſupeſſe .i. viuere. Virgilius. Quid aſcani⁹ ſupat ne .i. viuit. ❡ Et ſupare .i. vincere. vñ Catho. Quē ſupare potes interdū cede ſodali. ❡ Supare .i. abūdare. Idē catho. Cū tibi diuitie ſuperāt in fine ſenectus .i. abūdāt. ❡ Conſtrue. Ille ſupat qui ſupeſt. ⁊c̄.

Suſpicio

Suſpicio ſurſum ſpecto/gero ſuſpitionem

❡ Suſpicio cis. ſuſpexi. care. hȝ duas ſignificatiões. nam eſt ſurſum aſpicio ⁊ cōponit̄ de ſurſum ⁊ ſpecio: ſicut in littera dicit̄. Et ſpecio cis. qḋ idem eſt qḋ video: ſed nō eſt in vſu ſed in cōpoſitis: vt aſpicio deſpicio. ❡ Suſpicere .i. habere vel gerere ſuſpitionē. vñ dr̄ iſte eſt ſuſpectus criminis. (ſuſpecte)

ſuppetit

ſcribo 88

Suppetit hoc ſignat qḋ ſufficit ⁊ qḋ abundat
Suppetit hic etiam qui mihi pſtat opem

❡ Suppeto tis (vt autor dicit) cōponit̄ de ſub ⁊ peto tis. Et hȝ tres ſignificationes. Suppetere .i. ſufficere: vt hoc ſuppetit mihi .i. ſufficit. Itē ſuppetere .i. abundare: vt hoc ſuppetit .i. abūdat/ſupfluit. Et ſm̄ iſtas ſignificatiões eſt neutrū. Si tñ ſapiat ſignificationē ſui ſimplicis eſt actiuū. ❡ Suppetere .i. ſubuenire: vel pſtare opē vel iuuare. Et ſm̄ ꝙ ſignificat iuuare eſt actiuū In alijs ſignificationib⁹ eſt neutꝝ. ❡ Conſtrue. Hoc vbū ſuppetit ſignificat qḋ hoc verbum ſufficit ſignificat: ⁊ idem quod abundat. Et etiā hic .i. ille ſuppetit mihi q̄ mihi pſtat opem Suppeto tis ſuppetiꝗ. ere. ſuppetitū tu. penultima ꝓducta.

Sic

ſimilo

Sic ſimulat/ſic adiurat/ſic certificatqȝ

❡ Hic docet autor ꝙ ꝯiūctio ſic aliqñ tenet̄ ſimilatiue. Ouidi⁹. Sic ſedit ſic culta fuit ſic ſtramina vertit. ❡ Aliqñ admiratiue .i. affirmatiue. vñ Virg. Sic tua grineas fugiāt examina taxos. ❡ Aliqñ certificatiue: vt fuit ſic ſicut dixi tibi.

Si

ſoleo

Si dubitat cauſamqȝ notat/cōfirmat ⁊ optat
Abnegat/⁊ ꝗuis ſignificare ſolet.

❡ Hic autor docet ꝙ ꝯiūctio Si multiſ modis tenet̄. Nā aliqñ tenet̄ dubitatiue: vt hic. Neſcio ſi moriar: vel ſic. Si liceat ſabbato curare. ſi .i. an vel nūquid. ❡ Si ꝯfirmat .i. te ❡ Si notat cām .i. eſt ꝯiūctio cauſaliſ: vt ſi de⁹ eſt aīal ſi .i. q. Dij ſi q̄ eſt celo pietas q̄ tanet̄ ꝯfirmatiue vel approbatiue. vñ Virg. in enei. ❡ Si ponit̄ optatiue: vt in ſexto Eneid. Virg. Si nūc ſe nobis ille aure⁹ arbore ram⁹ oſtdat. ſi .i. vtinā. ❡ Si ponit̄ negatiue: ꝓ nō. Vñ in lia curat. ſi .i. vtinā. bro dr̄ ſpoꝝ. Quib⁹ iuraui in ira mea: ſi introibūt i requiē meā .i. nō itroibūt i requiē

q .iij.

meā. Si ponit̄ aliqñ pro ꝯditionis. Ut ſi precibus me hoc patiar: ſi .i. ꝯditionis. Si ponit̄ aduerſatiue: vt hic. Si vitas hoīm inſpicias ſi denicꝫ mores. ponit̄ ꝯditionalit̄: vt hic. Si feceris hoc habebis mercedē tuā. Uel ſic. Si bn̄ feceris ꝓmuaberis ad congruū. Et ſi ponit̄ pro cū: vt ſi exaltatus fuero oīa trahā ad meipſm̄.

Sinautē Sinautem ſed ſi: ſinautem dicito ſi non

¶ Sinautē dicit autor aliqñ ponit̄ pro ſed ſi: vt ibi. Sinautē cura tibi hec eſt. Sinautē ibi .i. ſed ſi. ¶ Et ſinautē .i. ſi nō. vt ibi in Cathone. Cōmoda multa feres ſinautē ſpreueris illud. ſinautē ibi ꝑ nō. Hec ꝯiūctio ſinautē eſt cōpoſita a ſin ⁊ autē. Sin vero ꝑ ſe ⁊ inter cauſales numerat̄ ⁊ cōponit̄ ſm̄ Remigiū a ſi ⁊ ne ꝑ apocopem. Autē ꝑ ſe ſimplex eſt: ⁊ cōponit̄ ſinautē. Un̄ catho. Sinautē cura tibi hec eſt. Et poteſt ibi ſinautē eſſe vna dictio pro ſed ſi non: vel due ⁊c. Tūc ſic ꝯſtrue. Autē pro ſed / ſin pro nō: ſed hec cura nō eſt tibi.

Talus Talus id eſt decius / pars eſt pedis vltima talus

¶ Finito capitulo de s. incipit capitulum de t. Dicit ergo ꝙ talus li. hꝫ duas ſignificationes. Nam talus .i. decius (a dyce) vt ibi. Ludere cū talis non eſt res ſpiritualis. Et talus eſt vltima pars pedis verſus dorſum (the hele.)

Taxillus Taxillus talus / paruus ⁊ eſt decius

¶ Autor hic docet ꝙ taxillus li. hꝫ duas ſignificatiōes ſicut talus. nā taxillus eſt paruus talus prout ſumit̄ in ꝑte pedis. Et eſt paruus talus prout ſumit̄ pro decio. Un̄ dicit̄. Nec ad talos deberꝫ ludere nec ad taxillos .i. paruos decios

Taxus Hec arbor taxus / hunc taxum dico melotam
Hoc taxum truncus: duntaxat dicitur inde
Uendere vult hic res quas alter taxat ab illo

¶ Autor docet equiuocationē in iſta dictiōe taxus. Et ponit drīam inter hec taxus ⁊ hoc taxū: ⁊ expoſitionē iſti⁹ dictiōis dūtaxat. ¶ Taxus eſt quedā arbor apib⁹ inimica: qꝛ eas intoxicat ⁊ occidit (anglice ewe) ⁊ tūc eſt femini gn̄is: vt in hoc exēplo Uirgilij. Sic tua grineas ⁊c. ſupius in ſic vide. Et taxus eſt quedam aīal qđ (anglice a brocke or a grey.) ⁊ tūc eſt maſculini gn̄is. Taxū ni. eſt truncus illius arboris: vel ex quo arcus fiūt. Inde dūtaxat .i. tm̄modo: ⁊ eſt aduerbiū mercatoꝝ: ⁊ đr de dū ⁊ tax⁹ .i. ꝑ arbore: vt cū đr. Dūtaxat habebis hoc pro tāto ꝓcio: ac ſi diceret: ſi mētiar moriar ſicut apis guſtādo de ſucco taxi. Taxo as. are. eſt preciū rei imponere ¶ Conſtrue. hec taxus eſt arbor ⁊ dico hūc taxū ſcꝫ qñ taxus eſt maſculini gn̄is melotam .i. tale aīal vt eſt melota. Hoc taxum eſt truncus .i. lignū taxi. Et inde dicit̄ hoc aduerbium dūtaxat. Et ſcꝫ ille vel aliq̄s vult vendere illas res quas alter taxat ab illo.

Teſſera Teſſera menſura / tuba teſſera / teſſera ſignum
Obtinet ⁊ ludum teſſera miſſa ſuum

¶ Autor docet quot ſignificationes habet hec teſſera re. nam eſt menſurã que continet quattuor menſuras minores: dicta eſt a teſſeron grece qḋ eſt quattuor latine. Teſſera id eſt tuba qua bellantes acrius animantur ad pugnam. ¶ Teſſera eſt ſignum quod vexillum dicitur. ¶ Et teſſera eſt quidam ludus Unde Ouidius. Obtinet ⁊ vices teſſera miſſa ſuas.

Teſtudo

Eſt teſtudo lyra/teſtudoqꝫ volta cauata
Eſt limax repens/piſcis in amne natans.

¶ Hec teſtudo dinis habet quattuor ſignificationes. Nam primo id eſt lyra inſtrumentũ muſicum. Ouidius. Solaturqꝫ ſedens egrum teſtudine amorem. ¶ Teſtudo ideſt volta: ideſt ſecreta pars domus: vt ibi. Ebore ⁊ teſtudine cõſpios tres habuit thalamos ſcḋm aliquos (a vyce) ¶ Et teſtudo id eſt limax (a ſnayle) Unde Auenianus. Pennatis auibus quondam teſtudo locuta eſt. ¶ Et teſtudo eſt quidã piſcis: id eſt conchile (anglice a wyke.) ¶ Cõſtrue. Teſtudo eſt lyra: ⁊ teſtudo eſt volta cauata (anglice an arche) ⁊ teſtudo eſt limax repẽs: ⁊ eſt piſcis natans in amne: id eſt in mari.

Thetis

Cum mare ſit thetis/thetis eſt mater achillis
Mater habet thetidis/mare thecios in genitiuo.

¶ Hic docet autor differentiam inter hec thetis ⁊ thecios in gtõ (prima producta) eſt mare vel mater Oceani: ⁊ thetis thetidis ṗou correpta eſt vel fuit mater achillis. ¶ Conſtructio patet.

Textus

A tego vult dici textus pro tegmine libri
Pro libri ſerie texo ſibi vult caput eſſe

¶ Textus habet duas ſignificationes. Nam eſt tegmen ideſt coopertoriũ libri vel hmõi: ⁊ tunc dicitur de tego gis. ere. ¶ Et textus eſt illud quod ſcribitur in libro: ⁊ tunc deriuatur a texo is. ¶ Conſtrue. Textus pro tegmine vult dici a tego vult eſſe caput: id eſt origo ſibi pro ſerie libri.

Tribulus

Hoc nomen tribulus eſt carduus atqꝫ flagellum

¶ Dicitur hic tribulus li. eſt quoddã genus ſpinarum (a brere). Unde tribulo ideſt tribulationẽ inferre vel pati: tribulor aris. deponens in eodem ſenſu. Et tribulus ideſt flagellum ſcꝫ inſtrumentum quo fruges teruntur. Sed ſm hugu. dicitur hoc tribulum li. vel hec tribula le. (a flayle). ¶ Conſtrue. Hoc nomen tribulus eſt carduus .i. ſpina: ⁊ tribulus eſt flagellum.

Trica ce.

Fraudem/radicem/crinis/nexum/meretricem/
Inſuper ⁊ dicam greſſus remoramina tricam

¶ Hec trica trice habet plures ſignificatiões. Primo id eſt fraus vel deceptio. Trica id eſt radix. Trica id eſt nexio capilloꝝ (a here lace). Trica id eſt meretrix. Trica id eſt impedimentum vel mora. ¶ Conſtrue. Ego dicam tricam eſſe fraudem: radicē: ⁊ nexum crinis: meretricem: ⁊ inſuꝑ dicā tricā eſſe remoramina .i. impedimentū greſſus .i. tranſitus.

Tricare

Impedit intricat / necnon inuoluere ſignat
Extricat atqꝫ ſapit / expedit ac aperit

¶ Autor docet differentiam inter intricare ⁊ extricare que componunt̄ de in ⁊ trico tricas: de ex ⁊ trico as. ¶ Et trica dicit̄ de hec trica ce. Sꝫ qꝛ tractauit de equiuocatione ſimplicis ⁊ primitiui tractat de equiuocatione ⁊ ſignificatione compoſitoꝝ ⁊ deriuatiuoꝝ. Dicit ergo ꝙ intrico as habet duas ſignificationes ſcꝫ impedire ⁊ inuoluere. Et ſimiliter extricare duo ſignificat ſcꝫ expedire ⁊ aperire. ¶ Conſtrue. Hoc verbum intricat ſignat impedit .i. impedire necnon pro quo ⁊ inuoluere: ꝗ pro .i. / ⁊ extricat / ſapit ⁊ ſignat / expedit / ⁊ aperit .i. expedire ⁊ aperire.

Tygris

Eſt fluuius tygris / fera tygris: quod genitiuus
Diſcernit duplex / tygridis atqꝫ tigris.

¶ Tygris habet duas ſignificatiões. Primo .i. fluuius meſopotanie de paradyſo exoriens: ⁊ pergēs contra aſſyrios: ⁊ poſt multos circuitus in mare mortuum. Vocatus aūt hoc nomine propter velocitatem ad inſtar beſtie mira pnicitate currentis (vt dicit Iſydorus) ⁊ tūc eſt generis maſculini ⁊ facit tygris in gtō. ¶ Hec tygris tygridis eſt animal ⁊ fera beſtia. Unde. India tygris agit rapida cum tygride pacem. Iſydorus dicit ꝙ tygris vocatur propter volucrē fugā. Tygrim vocant perſi ⁊ medi ſagittam. Eſt enim beſtia diſtincta variis maculis ⁊ virtute ⁊ velocitate mirabilis: ex cuius nomine fluuius tygris appellatur: et rapidiſſimus eſt omnium fluuiorum. vnde in laborinto Ebrardi. Tygride tygridior femina quando ſeuit. ¶ Conſtrue. Tygridis eſt fluuius ⁊ tygris eſt fera beſtia: quod id eſt quam equiuocationem / genitiuus duplex ſcꝫ tygridis atqꝫ tygris diſcernit.

Typus

tumens
terreo

Eſt typus herba tumens gelidis q̄ creſcit in ortis
Febris ab hac tenet atqꝫ ſuperbia nomen
Eſt ⁊ forma typus / ab hac quoqꝫ nomina ſumūt
Febres ab exceſſu cuius pariterqꝫ receſſu
Cogitur alternos eger imitari colores
Dicetisqꝫ typum quod dicimus eſſe figuram.

¶ Autor dicit ꝙ typus equiuocat̄ ad quattuor. Nam eſt herba quedā que in aqua naſcit̄ ⁊ ab aqua inflat̄. Unde ⁊ ambicioſoꝝ hoīm ⁊ ſibi placentiū tumor ⁊ ſuperbia dicitur typus. Et ab illa etiam herba frigida febres dicuntur typidi

¶ Et typus eſt figura vel forma vel ſtatus. Uñ typic⁹ a.um.i. figuratiuus a.um. Et etiã typica febris (quã perdicã dicunt). ¶ Conſtrue. Typus eſt herba tumẽs q̄ creſcit in gelidis ortis. ſcz iuxta aquas q̄ naturalr̃ ſunt gelide ⁊ frigide Febris.i. illa febris (que typus dr̃) tenet ſuũ nomen ab hac ſcz herba que dr̃ typus (anglice a homloke). Et typus eſt idẽ qđ forma. ⁊ typus qñ eſt idẽ quod febris ſumit.i. poteſt ſumere. nola.i. nomẽ ſuũ. ab hac ſcz forma que eſt typus ab exceſſu. qz pro ⁊. ⁊ receſſu cuius. febris que eſt typus eger.i. infirmus patiens tales febres. cogitur.i. compellitur: mutare alternos colores.i. varios et diuerſos colores. qz pro ⁊. vos dicetis typũ eſſe illud quod nos dicimus eſſe figurã.

Tripos

Menſa tripos/ lauruſqz tripos/ menſeqz ſupellex

¶ Autor ponit hic ꝙ tripos equiuocatur ad tria. Nã tripos eſt menſa vel area conſecrata apollini. in qua dabantur reſponſa ab apolline. In putria nouella Tripodes phebi foliiſqz ſibille. Tripos.i. laurus quedã herba (vt quidã dicũt) ſupponatur capiti dormientis niſi que vera fuerint ſomniabit. ¶ Et tripos eſt illud inſtrumentum ſuper quod ponitur menſa ſuper qua comedimus (anglice a treſtyll). ¶ Conſtrue. Tripos eſt menſa ſcz phebi vel apollinis id eſt ſolis. ⁊ tripos laurus. ⁊ tripos eſt ſupellex. a ſuppleo es. quia ſupellex eſt omne illud qđ ſupplet defectiuuum domus. qz pro et. et tripos eſt ſupellex menſe id eſt illud ſuper quod ponitur menſa (anglice vt ſupra.

Titulus

Hec tria fert titulus/ deſcriptio laus epigramma

¶ hic docet autor ꝙ hoc nomen titulus habet tres ſignificatiões. Nã titulus id eſt deſcriptio libri. Uñ dicitur Titulus iſtius libri talis eſt. ¶ Et titulus id eſt laus. vt malefacientis fame multociens titulus obfuſcatur. Uñ Eſopus in fabulis. Ornet ſe titulus turpiter ipſe ſuus. titulus.i. laus. ¶ Itẽ titulus.i. epigrãma. Et eſt epygramma titulus quẽ ſcribimus ſuꝑ capita alicuius littere ⁊ aliquarũ litterarũ propter breuiationẽ ſyllabe vel dictionis. Et dicitur titulus a tytan tytanis. quod eſt ſol: ſed forte tunc deberet ſcribi per y grecum.

Thorus

Dicas eſſe thoros/ paliaria/ brachia/ lectus.
Eſſe thoros dicas etiam menſas aliquando.

¶ hic Thorus ri. habet quattuor ſignificationes. Primo id eſt paliare. quod eſt illa replicatio corei que eſt circa collum bouis. ¶ Et thorus id eſt brachiũ. Unde Maximianus Implicui validis librica membra thoris. ¶ Et thorus i. lectus. Ouidius Primoqz thoro terre non ſemper gramen habenti. Incubat infelix ſcilicet filia ycarii. ¶ Thorus id eſt menſa in quo ſolebant antiqui diſcumbere. ¶ Conſtrue Dicas thoros eſſe paliaria. et brachia. et lectos. Etiam dicas thoros eſſe menſas aliquando.

Torax

Eſt torax pectus/ torax lorica/ liquorqz.

¶ Dicit ꝙ hec torax acis. habet tres ſignificationes. Nam torax eſt pectus vel illa pars corporis que eſt a collo vſqz ad ſtomachum (anglice the breſtbone). quam archam dicimus. quia ibi ſit archanum ⁊ eminentes pulpe mamille in-

(4

ter quas pars illa oſſea dicitur pectus. ¶ Et torax dicitur lorica illa que tantum extenditur ꝙ toracem defendat (anglice a breſtplate). Et torax eſt quidā liquor. Et dicitur de torus tori.

tumidus Inflatus tumidus: fertur tumiduſqꝫ ſuperbus

¶ Autoꝛ dicit ꝙ tumidus a. um. habꝫ duas ſignificatiões. Primo .i. inflatus ſcꝫ ille ꝙ inflatur ⁊ ingreſſatur intus in corpore poteſt dici inflatus. ¶ Et inflatus id eſt ſuperbus: qꝛ inflat̄ in mēte ſicut alius in corpore. ¶ Conſtrue. Hoc nomē tumidus fertur inflatus in corpore. ⁊ tumidus fertur .i. dicitur ſuperbus.

Turbo Impetus eſt venti turbo ſi turbinis addas.
Turbo turbonis pꝛopꝛiū: turbus ioca ſignat.

¶ Hic ponitur equiuocatio in hoc nomine turbo. Et differunt turbo ⁊ faciens turbonis. ⁊ turbo turbinis. ⁊ turbus bi in gtō. Nā hic turbo nis. penultima correpta eſt impetus venti (anglice dicitur a whyrle wynde) vnde Iſoderus Turbo eſt volubilitas ventoꝝ. ductus a terra quotiens ventus cōſurgit: et terram in circuitu mittit. ¶ Sed hic turbo turbonis penultima producta in gtō: eſt ꝓprium nomen cuiuſdam viri. ¶ Sed hic turbus turbi in genitiuo: quidam ludus qui alio nomine dicitur trocus (anglice a toppe).

Turtur Turtur aquas pinnis / turtur ſecat aerā pennis
Eſt hec turtur auis: hic turtur ſit tibi piſcis

¶ In iſtis duobus verſibus docet̄ equiuocatio iſtius noīs turtur turturis penultima correpta qđ habet duas ſignificatiões. Nā eſt quidā piſcis (anglice a turbut) vñ Iuuenalis. Cariturus turtura magno .i. piſce. ⁊ tūc eſt generis maſculini. ¶ Sed hec turtur ris. eſt quedā auis. Vñ Iſoderus. Turtur vocat̄ pudica auis: ⁊ ſemꝑ in montibus magnis ⁊ deſertis ſolitudinibus cōmorās ſocietatem hoīm fugiens: ⁊ qñqꝫ cōmorantur in ſyluis. que etiā hyeme deplumata in truncis arboꝝ concauis fꝛ habitare. ¶ Cōſtrue. Turtur ſecat .i. diuidit aquas pinnis. ⁊ turtur ſecat aera id eſt aerem pennis. ⁊ nota penna penne. eſt qua volucris volat (anglice a fether) pinna pinne eſt qua piſcis natat (a fynne). Vnde. Fert piſcem pinna volucrē portat niſi penna. ¶ Conſtructio plana eſt.

Tradere Trado te: de te facio cum traditionem.
traditio Cum tibi cōmitto rem ſeruandam tibi trado

¶ Hic autoꝛ docet ꝙ hoc verbū trado dis. tradidi ere. hꝫ duas ſignificationes Nam tradere .i. prodere vel ſeducere vel decipere. Vñ hic traditoꝛ oris (anglice a traytour). ¶ Et tradere .i. commendare vel aliquid in cuſtodiā alteri dare Vñ Ouidius. Seruādū tradidit argo vaccam .i. cōmendauit argo vaccam in cuſtodiam ⁊ tutelā ⁊ eſt verbum actiuū. ¶ Conſtrue. Ego trado te cū facio traditionem .i. ſeditionē de te. ⁊ trado tibi cū cōmitto tibi rem ſeruandam.

Tollo lis. Tollit emit / nutrit / perimit / leuat / erigit / aufert.

¶ hic docet autor ꝙ hoc verbū tollo habet plures ſignificationes. Nam tollere id eſt emere. Unde Iuuenalis. Tollere dulcē cogitat heredem. ¶ Tollere id eſt leuare. Tollere .i. perimere. ¶ Et tollere id eſt erigere. Unde Claudianus in de Ruſino in primo folio libri. Tollunt̄ in altum vt lapſu grauiori ruāt Et tollere id eſt auferre: vt ibi. Magnaqꝫ tollit iners comoda ſegnicies. ¶ Nota hic differentiam inter tollere/ auferre/ ⁊ eripere. Nam tollimus a voluntate eripimus vi: auferimus quod dedimus. ¶ Tollo lis caret preterito ⁊ ſupinis/ ſed accipit mutuo tuli: vel ſuſtuli. ⁊ facit ſupina latū tu. vel ſublatum tu. Et eſt tollo verbum actiuū.

Torreo ſignat idem quod defleo/ voluo/ vel vro. Torreo

¶ hic autor dicit ꝙ torreo res. torrui toſtū vel torritum tu. verbum actiuum habet tres ſignificatiões. Nam torrere id eſt defluere. Unde hic torrens tis. id eſt fluuius vel aqua defluens cum impetu: ex nubibus imbriū repentina magnum habens incrementū. Sed adueniēte eſtate calore torreſcit: cui greci ab hyeme nomen dederunt: nos autē ab eſtate. Illi autem a tempore quo creſcit. Nos autem a tempore quo ſiccatur. Item torreo id eſt voluere. Et torrere id eſt vrere. Unde Theodolus. Ethiopum terras iam feruida torruit eſtas. Torruit ibi id eſt vſſit.

Torqueo furem/ torqueo funem/ torqueo telum torqueo telum

¶ hic docet autor ꝙ torqueo es. hꝫ tres ſignificatiões. Nam torquere id eſt cruciare: vt torqueo furē id eſt crucio furē. Unde hic tortor ris .i. cruciator vel tormentator. Unde. Sunt ibi tortores ſerpentibus horridiores. Et torquere .i. flectere vel voluere: vt torqueo funē id eſt voluo aut flecto funem (anglice to wrythe or to wynde a corde or a withe). Et torquere id eſt mittere aut ꝓijcere iaculum aut telum: vt torqueo telum .i. mitto vel proijcio telum (anglice to caſt a darte) Et coniugatur torqueo es. ſi. ere. ſum. ſu. vel tum. tu. in ſupinis. verbū actiuum. Inde torqueo torquis equiuocat̄ ad duo.

Pro ſpeculor dicis: ⁊ pro defendo tueri
Sed tuitus primo: tribues tutuſqꝫ ſecundo
Sepe tamen tuor hoc verbum reperitur in vſu
A quo compoſita ſunt contuor intuor iſta.

Tutor et tuor ris.

[illegible]

¶ hic ponit autor equiuocationē in iſto infinitiuo modo tueri. Nā idē eſt qꝺ videre: ⁊ tūc deſcendit ab hoc verbo tuor tueris tuitus ſum tueri / qꝺ verbum debet facere tui/ ī infinitiuo modo: ſed cauſa differētie tui/ ꝓnominis deficit ⁊ accipit mutuo a tuor. Sed compoſita a tuor faciunt tui in infinitiuo modo. vt contuor eris. contuitus ſum contui. Obtuor obtueris obtuitus ſum obtui. Item tueri id eſt defendere: ⁊ tunc deſcendit de tuor eris. tutus ſum tueri. Et nota ꝙ eius compoſita: ⁊ tuor ⁊ eius compoſita ſunt deponentia: ſed compoſita a tuor etiā ſimplex faciunt preterita tuitus tuitū tu.. Et tuor ⁊ eius ꝯpoſita faciūt preteritū tutus ⁊ ſupina tutu. Et nota ꝙ tuor ⁊ eius cōpoſita ſunt tercie coniugationis: ⁊ coniugatur tuor tueris media correpta: quia nihil habet tuor de tuor niſi in infinitiuū modum ſcilicet tueri. ¶ Conſtrue. Tu dicis hoc

torqueo furem, torqueo funem, torqueo telum

verbum tueri pro speculor .i. video ⁊ pro defendo .i. ptego: sed tribuco .i. dabis
pumo id est tueri pro videre hoc preteritū tuitus sum: q̄ pro r: ⁊ tribuco scdo
hoc preteritū siue circūlocutionē ꝑterit tuitus sum ⁊ similiter faciunt cōposi=
ta ab eis. Tamen hoc verbum tuor reperit sepe in vsu nostro: a quo ista due
intuor ⁊ contuor sunt composita.

Varus Varus id est curuus/ varus nomenq3 poete

¶ hic autor docet q̄ varus hz duas significatiōes. Primo .i. curuus (anglice
croky̆d) Unde ⁊ auarus quasi varus: habens varas manus .i. curuas manus
Persius. Fallit pede regula varo .i. curuo. ¶ Et varo est nomen cuiusdā poe=
te qui post mortē Uirgilij correxit eneida.

vas vasis Hic vas est sponsor qd̄ habet vadis in genitiuo
Hoc vas est labrum/ vasisq3 facit genitiuo

¶ Dicit autor q̄ vas hz duas significationes. nā hic vas vadis .i. sponsor vel
fideiussor (anglice a borowe) Ut ibi. Primo trade vades ⁊ liber postea vades
Et tūc vas hui9 vadis hz primā correptā. Sed vadis scda ꝑsona de vado va=
dis producit primā vt pz supra. ¶ Uas est labꝝ in quo pedes lauant (angli
ce a vessell) ⁊ tūc dr̄ a lauādo: ⁊ tūc dr̄ hoc vas vasis in gtō. Labꝝ etiam dicit
labiū labij: a lambo is. ¶ Construe. hic vas est sponsor: qd̄ .i. nomē vas hz va=
dis in gtō. hoc vas est labꝝ .i. vasculū: q̄ pro ⁊ facit vasis in gtō.

Vates tis Vates sortilegus/ vc propheta/ poeta sacerdos

¶ hic docet autor q̄ vates hz quattuor significatiōes: nam ē sortilegus: vt di=
cit Juuenalis. ¶ Et vates .i. ꝓpheta. Uñ Theodolus. Flāmea q̄ venit vatem
quadriga leuauit. Similiter ibi. Si nō suis vatibus credat vel gentilibus ⁊c.
¶ Et vates dicitur poeta prout Uirgilius/ Therentius/ Ouidius. ¶ Et vates
idest sacerdos Jouis qui vaticinabatur futura. ¶ Construe. Uates est sortile
gus: vc pro vel: vates .i. propheta vel poeta vel sacerdos. hic ⁊ hec vates.

vehemēs
94 vars 10+

Spiritus inde malus vehemens est ve q3 menti:
Ingerit/ ac bonus hinc quoniā sic subtrahit illi

¶ Autor hic ponit q̄ hoc nomen vehemens sumitur duobus modis scz in bo
na significatione ⁊ in mala. Et sic spiritus malus dicitur esse vehemens: quia
suggerit id est iniicit menti ve: id est dolorem vel fauorem.
¶ Et spiritus bonus dicitur esse vehemens tunc quia subtrahit ve: idest dolo=
rem a mente. Unde scribitur. Factus est sonus vehemens spiritus.
¶ Uehemens secundum hugui. id est furiosus: quasi habens ve in mente: et
tunc componitur a ve: ⁊ habeo es. ⁊ mens mentis. vel a ve qd̄ est sine ⁊ mens
quasi sine mente. vel componitur a veho is. ⁊ mens quasi qui vehitur a mēte.
¶ Et vehemens aliquando dicitur fortis. vt iste habet vehementē causam .i.
fortem. Et forte in illa significatione sumitur ibi spiritus vehemens mentis .i.
fortis: ⁊ declinatur hic ⁊ hec ⁊ hoc vehemens: gtō huius vehementis. ⁊c.

Nauis habet velū / monialis ſic quoqȝ templum / Uelum

¶ hic docet autor ꝙ velū habet tres ſignificationes. nā velū ꝑtinet ad nauē: ſcz illud lintheamen quo nauis vehit in pulſum venti (anglice a ſeyle). ¶ Et velū ꝑtinet ad monialē. Un̄ dr̄. Iſta mulier accepit velū .i. illud nigꝝ peplum quo cooperiunt in capite moniales. Et velū ꝑtinet ad templū. Un̄ ſcribit. Et velum templi ſciſſum eſt. Et dr̄ velum de velo as .i. tegere. ¶ Conſtrue. Nauis habet velū: ⁊ monialis hȝ velū: ⁊ templū habet velū. Et velū eſt illud lintheū quod pendet in choro eccleſie tempore quadrageſimali: ⁊ quid ſignificat docetur in libro myſteriorum Johannis.

Pota venena nocent / fuſcatur lana veneno — venenum
Et turpis virgo / ſua perlinit ora veneno

¶ hic autor docet ꝙ hoc nomen venenū eſt illud quo hauſto vel comeſto moritur homo. Un̄ theodolus. Cōiuge viperiū donec ſuadente venenū inficit totum corpus ſicut tinctura pannū. ¶ Et venenū eſt vnguētū quo mulieres meretrices inungūt facies ſuas: vt lenonib⁹ ſuis appareat pulchriores. ¶ hug. dicit hec venena ne. q. ꝑ venas eat: aliter niſi tangeret ſanguinem nō noceret. ¶ Conſtrue. Uenena potata nocent: ⁊ lana fuſcat .i. tingit veneno .i. tinctura. Un̄ Boeci⁹ de ꝯſolaci. ij. Nec lucida vellera ſerū tyrio miſcere veneno .i. tinctura ⁊ turpis virgo .i. turpis meretrix ꝑlinit .i. pungit ora ſua .i. faciē ſuā veneno .i. tinctura videlȝ albo vnguēto (ſeu fuſco) vt appareat pulchra.

Eſt verbum chriſtus / verbum deceptio / verbum — verbum
Uox hominis / verbum ſic pars octaua vocatur. — voco

¶ Autor docet ꝙ hoc nomē verbū dr̄. habet quattuor ſignificatiōes. nā verbū .i. filius dei: vt ibi. In ꝑncipio erat verbū. ⁊ ibi. Uerbū caro factū eſt. ¶ Et verbū .i. deceptio. Uerba dat omnis amans .i. deceptiones: ⁊ verbum .i. ſermo: vt ibi. Quid faciſſe enſes ſi te leuis aura fatigat. Uerba quidē nō ſūt vera: verba times. et ibi. Demophon ventis ⁊ verba ⁊ vela dediſti. Uela queror verba carere fide: verba .i. ſermones: ⁊ ſunt verſus Ouidij in libro heroidū ſiue epiſtolarum in epiſtola quā miſit Phillis Demophonti. ¶ Uerbū eſt pars orationis: vt patet in Donato ⁊ Priſciano. ¶ Conſtrue. Xp̄s .i. filius dei eſt verbum: ⁊ vox hominis eſt verbū: ⁊ deceptio eſt verbū: octaua pars .i. vna de octo partibus orationis vocatur verbum.

Eſt tria vindicta libertas / vicio / virga — vindicta
[illegible]

¶ hic dicit autor ꝙ hoc nomē vindicta te. hȝ tres ſignificationes. nam vindicta .i. libertas: vt Iſte conſecutus eſt plenā vindictā .i. libertatē. ¶ Uindicta .i. vltio. Galterus in Alexandreidos ꝑmo. Transfer vindictā donec pertranſeat ira. vindictā .i. vltionē. Uindicta dr̄ virga paſtoris cū qua facit liberos qui fuerunt ſerui: alio nomine rudis dicitur.

Eua virago / minerua virago / viriqȝ magiſtra — virago
vir

hoc nomē virago tribus modis dicit᷑. nā eua prima parens dicebat᷑ virago q̄ de viri coſta acta ⁊ facta fuit. ¶ Virago .i. minerua dea ſapientie fuit ſcientie dicit᷑ eſſe: q̄ de cerebro viri ſcʒ Iouis fingitur fuiſſe genita. ¶ Virago dicit᷑ quelibet vxor que dominat᷑ viro ſuo. Et dr̄ virago quaſi viri agens .i. ducens quo vult. ¶ Conſtructio patet.

vola le. **Eſt vola pars palme: pars ale: pars pedis ima**

¶ Autor hic docet q̄ hec vola le. equiuocat᷑ ad tria. nam eſt pars manus iuxta illud. In medio tendi vix eſt vola plena ſciendi. ¶ Vola eſt pars ale p̄ quā volucris volat. ¶ Vola .i. planta: ⁊ ſic ima pars pedis .i. latior ⁊ amplior (anglice the ſoule of the fothe)

vir viri **Vir notat etatē/ſexum/ſponſum/probitatem**

¶ hic autor docet q̄ hoc nomen vir q̄tuor ſignificat. Primo etatē ſicut ille q̄ peruenit ad etatē virilem. Vn̄ paulus. Cū erā paruulus: cū autē factus ſum vir euacuabā ea q̄ erant paruuli. Vir etiā diſcernit ſexū: vt cum dubiū ſit an ille ſit vir vel femina. Vir ponit᷑ pro marito: ſed cū adiūcto: vt vir illius vel meus aut tuus ⁊c̄. Item vir ſignificat virtuoſum aut probū: vn̄ dicit᷑ viriliter agite .i. virtuoſe: ⁊ ſimiliter apud Pamphilū. Si locus affuerit te precor eſſe virū .i. p̄bum ¶ Conſtrue. Vir notat etatē/⁊ ſexum/⁊ ſponſum/⁊ probitatem.

vber ris. **Mammā/fertile/fertilitatē denotat vber**

govemio

¶ hic docet autor q̄ hoc nomen vber habet tres ſignificationes. nam vber .i. mamma. Et dicuntur vbera quaſi vuera q̄ humida ſunt et humore lactis in modū vuaꝝ plena. Et declinat᷑ hoc vber eris. Et inde hic ⁊ hec ⁊ hoc vber ris .i. fertilis. ¶ Itē vber .i. ipa fertilitas. Unde vberoſus a. um .i. abundans: ⁊ hec vbertas vbertatis id eſt abundantia vel copia.
¶ Conſtrue. Vber denotat mammā: vber denotat fertile ⁊ fertilitatē: ⁊ comparatur vber vberior vberrimus.

vua ue **Occultat os vuam/ſic vinea fertilis vuam**

vimea

¶ Vua equiuocatur ad duo. nā vua eſt pellicula pendens gutture hominis (anglice a ſlape.) ¶ Vua eſt de qua vinū extrahitur (a grape.)
¶ Conſtrue. Os occulit .i. tegit vuam id eſt illam pelliculam carnis: ⁊ fertilis vinea occulit id eſt tegit vuam id eſt vuas.

vſus ſus. **Utilitas/exercitiū/mos dicitur vſus**

vtilitus

¶ hic docet autor q̄ hoc nomen vſus habet tres ſignificatiões: Primo .i. vtilitas. ſic. Uſui meo non cōuenit ociari .i. vtilitati mee. ¶ Uſus .i. exercitium. Uſus ap̄tomptū reddit artificem. Pamphilus. Uſus ⁊ ars docuit q̄d ſapit oīs homo id eſt exercitiū. Uſus .i. mos vel conſuetudo: vt iſte habet bonū vſum regendi ſe id eſt bonū morem: vel ſic. Bonus vſus eſt apud eos. id eſt bonus mos.
¶ Conſtrue. Uſus dicit᷑ vtilitas: ⁊ exercitiū: ⁊ mos id eſt conſuetudo.

Fert vacat indulget caret: ⁊ placet: ⁊ ſuperundat Vacat
Et vacat eſt vacuum pro ceſſat ſepe repertum.

¶ Hic docet autor ꝙ vacat habet plures ſignificationes. Vacare id eſt indulgere. Ut iſte vacat lectioni ſue. id eſt indulget.
Et vacare id eſt carere. ⁊ tunc conſtruitur cum ablatiuo caſu. vt Vaco nūmis id eſt denarijs. Et Vacat. id eſt placet. vt Vacat michi ſcribere id eſt placet. ⁊ tunc eſt verbum impersonale.
¶ Et vacare id eſt ſuperundare: ſic vnda vacat pelagi. ibi vacat id eſt ſuperundat. ¶ Et vacare id eſt eſſe vel fieri vacuum. hec eſt eius propria ſignificatio ⁊ omnes alie ſignificationes redolent illam. Cum enim dico vaco lectioni id eſt ac ſic dicerem. Vacuus ſum ab alijs rebus ⁊ inſiſto lectioni.
¶ Et Vacare id eſt ceſſare. vt Iſte vacat a ſtudio. id eſt ceſſat.
¶ Cōſtrue. Hoc verbum vacat fert. id eſt ſignificat iſta ſcilicet indulget caret placet. ⁊c. ⁊ vacat eſt idem quod vacuum. ⁊ tunc eſt impersonale. vacat eſt repertum. id eſt inuentum pro hoc verbo ceſſat. ⁊ eſt neutrum.

Qui valet ille poteſt ⁊ qui valet hic validus fit. valere

¶ Valeo vales habet duas ſignificationes. Primo valere poſſe. vt Iſte valet facere. id eſt poteſt facere.
¶ Et valere id eſt validum eſſe vel fieri. Cum dicitur. Iſte eſt valens homo. id eſt validus homo.
¶ Conſtrue. Ille valet qui poteſt. et ille valet qui ſit validus. ¶ Et hoc verbū ſalue comprehendit vale ⁊ aue
¶ Item valeo vales aliquando eſt bene valere ⁊ aliquando perire. vt ſicut pater inferius. Dicit aue veniens de iure valeqꝫ recedens. Hoc verbū ſalue comprehendit aueqꝫ valeqꝫ

Ut diſcedenti ſic dico vale morienti. vale lete.

¶ Dicit ꝙ hoc verbum vale duobus modis accipitur. Aliquando vale dicitur amico recedenti a nobis vel abſenti. vt quando aliquis recedit a nobis dicimus vale: vel valete. ⁊ etiam quando ſcribimus abſenti dicimus in fine epiſtole vel littere Vale vel valete.
¶ Item vale dicitur alicui morienti qui nunqꝫ reuerſurus eſt.
¶ Cōſtrue. Ut ſcilicet ſicut ego dico diſcedenti ſcilicet amico vale. ſic dico morienti Vale.

Accipitur valeat pro queat: ⁊ pereat. valeat.

¶ Hic autor dicit ꝙ hoc verbum valeat poteſt ſumi in bona ſignificatione et in mala ſignificatione. In bona quando accipitur tunc idem eſt ꝙ queat. id ē potens ſit vel bene ſit vt valeat amicus meus ſine fine. id eſt potens ſit ⁊ bene ſit/ſit ſine fine.
¶ Et valeat id eſt pereat vel moriatur vt valeant inimici regis. id eſt pereant. in qua ſignificatione fertur Ouidius poſuiſſe ibi. vbi dicitur. ⁊ moriantur
Et ſoror ⁊ coniunx valeant ⁊ conſcia nutrix.
¶ Conſtrue. Hoc verbum valeat accipitur pro queat ⁊ pereat.

10

Ualitudo eſt infirme valitudo tua ſic quoqꝫ firme.
A valeo de vale diſſimiliqꝫ modo.

¶ hic autor dicit ꝙ hec dictio valitudo duobus modis accipitur. Nam valitudo .i. infirmitas ſiue periculū mortis. ⁊ tūc deriuat᷑ a valeo les. ꝓ perire vel mori. ⁊ valitudo incolumitas eſt vel ſanitas. ⁊ tunc deriuatur de vale valete ſiue de valeo les. ſcd̄m ꝙ accipitur in bona ſignificatiōe ſcꝫ pro bene eſſe. ¶ Et nota ꝙ in primo verſu eſt pentimemeros improprie tn̄ ſumpta in iſta ſyllaba de iſta dictione valitudo q̄ corripitur ⁊ debet ꝓduci. ¶ Cōſtrue. O infirme homo tua valitudo eſt .ſ. per periculū tuū vel infirmitas tua. ⁊ o firme .i. o ſane hō tua valitudo eſt. ſcꝫ ſanitas tua vel columitas ſiue proſperitas. Et iſta dictio valitudo eſt qđ dr̄ ab iſto verbo valeo ve ꝓ vel: vel ab iſto verbo vale qđ eſt defectiuū ſcd̄m quoſdā. qꝫ ꝓ ⁊. ⁊ hoc diſſimili modo dicitur. vt ſuperius eſt edoctū. Et coniugatur valeo es. eſt verbū aliquando pertinens ad preciū ⁊ tūc ꝯſtruitur cum gtō precio non determinato. vt iſte liber valet tanti quāti ꝯſtitit. Et cū accuſatiuo. ablatiuo precij determinati. vt equus dn̄i mei valet viginti libras vel viginti libris. Tamē aliqn̄ cōſtruitur cū actō precij determinati. ſed hoc inoleuit ab vſu non arte. vt quantū valet liber. ⁊ ſic eſt de conſto as. Unde Ouid. de vetula. Non curat enim quantum ſibi conſtat dūmodo lucretur.

verro ris. Sub verro ris. tu quattuor equiuocabis.
99 vitu Uerro facit mundo/ſulco quoqꝫ deleo furor.
Hinc quoqꝫ verriculū/ſus v̄res fur quoqꝫ verres

¶ hic autor docet ꝙ hoc verbū verro ris. habet quattuor ſignificatiōes quas probant ab eo nōīa deriuatiua. Nam verro .i. mūdo as. ⁊ tūc deriuatur ab eo hoc verriculū li. (que ſcopa vel ſcoba dicitur illud quo domus ſcopat᷑ vel purgatur (anglice a beſom). Item verriculum li. eſt genus rhetis aut nauis piſcatoria. ¶ Item verro is .i. ſulco as. Uñ in alexā dreidos. decimo capitulo vltimo Uerrimus equoreos fluctus. ⁊c. id eſt ſulcamus cū nauibus. ⁊ tunc ab eo dicit᷑ (ſcd̄m autorem iſtū) hic verres ris. Et eſt verres aper. a verrendo terrā dictus qꝛ cū roſtro verrit terrā. id eſt ſulcat terrā. Deriuatur tn̄ ſcd̄m Hugui. verres a vires. quia magnas vires habet. ¶ Itē verro is .i. furor aris. aut deleo es. qꝛ qui furatur delet res. id eſt tollit res ⁊ abigit ⁊ aſportat eas. ⁊ tūc deriuatur ab eo. hic verres ris. proprium nomen cuiuſdā viri (qui fuit magnus fur) et tunc ponitur pro quolibet fure. Unde Matheus. Eſt verres vicio furti pollutus honeſti. Expers ad raptū pronus: ad arma piger. ⁊ eſt zeuma a principio. ¶ Conſtrue. Tu lector equiuocabis quattuor ſcꝫ ſignificationes ſub illo verbo verro ris. facit .i. ſignat mūdo as. qꝫ ꝓ ⁊. ⁊ ſulco as. ⁊ deleo es. ⁊ furor aris. ¶ Et iſta ſunt quattuor verba ad que equiuocatur verro ris. quoqꝫ ꝓ certe. hinc id eſt ab illo verbo verro deriuatur iſta. ſcꝫ hoc verriculū li. hic verres ſus .i. exiſtēs ſus id eſt aper aut porcus cū teſticulis (anglice a bore) quoqꝫ pro et. et verres exiſtens fur. ⁊c. Iſta ſuperius exponuntur.

¶ Et coniugatur. Uerro ris. verri aut verſi verſum verſu in ſupino. Alexander in doctrinali. Ri vel ſi verro verſumqꝫ ſupino.

¶ Item alius docens quomodo iſta tria verba verto/verro/et vergo faciunt preterita ⁊ ſupina.

¶ Ti verto. ſi vergo. ri. verrere vel ſi. his tribus eſt verſum verbis cōmune ſupinū. hoc eſt, verto tis. facit in preterito verti. vergo facit verſi. verro facit ver

⁋ Ui verto vergo ri. ſi verrere vel ſi. his tribus eſt verſum verbis cõmune ſu=
pinũ. hoc eſt verto tis. facit in preterito verti. vergo facit verſi. verto facit ver
ri aut verſi. Et omnia iſta tria verba faciunt in ſupinis verſum verſu. Alius di
xit. Verto facit verſum vergo verro quoqȝ verſum. Et eſt verro actiuum.

Deſignat video / viſum habere vel vti.
Viſu cautelam pariterqȝ probabile ſignat.

video es.
vtor

⁋ Autor dicit ꝙ video es. ere. pluribus modis accipitur. Primo .i. habere viſũ
aut vti viſu. ⁋ Et eſt differentia inter videre ⁊ aſpicere ⁊ intueri. Vidimus na=
tura: aſpicimus voluntate: intuemur cura. Item videre .i. cauere. vt viſum eſt
michi cauere ſic facere. id eſt cautũ eſt michi facere. Et in euangelio. Quid ad
nos. tu videris .i. caueris. Et videre eſt ꝓbabiliter intelligere vel ſentire. vt vi=
des ne iſtã queſtionẽ .i. an ne ꝓbabiliter intelligis vel ſentis. Nota ꝙ video es.
eſt actiuũ ⁊ corripit hanc ſyllabã vi. in preſenti. ſed eã ꝓducit in p̃terito ꝑfecto
Unde. Multi videre que nõ licuere videre. primũ videre eſt preteritũ tempus
perfectum. ⁊ producit vi .i. viderũt. ⁊ vltimũ videre eſt preſens tempus. Infini
tiui modi ⁊ corripit primã. ⁋ Nota ꝙ ſcdm Catholicon (qui priſcianũ allegat)
Videre a te. ibi videre eſt paſſiuum. vt Videor eſſe bonus. ibi eſt deponens.
⁋ Conſtrue. Hoc verbũ video deſignat. id eſt ſignificat vel habere viſum. vel
vti viſu. qȝ pro ⁊. ⁊ ſignificat cautelam ⁊ pariter probabile.

Me vocat acclamans / vocat hic me nomen ada=ptans.
Qui ciet ille vocat / ⁊ vocat eccleſia.

vocare

⁋ Autor dicit ꝙ voco as. quattuor modis ſumitur. Primo .i. clamare. ſic ibi.
Magiſter clamat pro te. Vocare id eſt imponere nomen puero: ad oſtiũ eccle=
ſie ſicut ibi. Vocabãt eũ noĩe patris ſui zachariam. Vocare .i. ciere. qđ idẽ eſt ꝙ
excitare/monere. ſicut ibi. Vocauit eum ad iram .i. excitauit. Et vocare eſt ali=
quẽ vel aliquos ad bonã vitam excitare. ſicut eccleſia vocat peccatores ad pe
nitentiã. Et eſt voco as. actiuũ. Conſtrue. Aliquis vocat me. ⁊ ille q̃ ciet .i. mo=
net vel excitat vocat ⁊ eccleſia vocat .i. monet peccatores ad penitentiam vel
ſurgere de pctīs per ꝯfeſſionẽ oris. ꝯtritionẽ cordis. ⁊ ſatiſfactionẽ operis.

Nos exoptando / nos promittendo vouemus.
Non ſua quiſquis vouet / domino quoqȝ noſtra
vouemus.

voueo es:

⁋ Dicit ꝙ voueo hȝ duas ſignificationes. Primo .i. exoptare. Sicut ibi. Voueo
ꝙ feciſſem librũ .i. exopto vel deſidero ꝙ feciſſem. Item vouere .i. ꝓmittere. ibi
Vouete dño ⁊ reddite .i. ꝓmittite. Et componitur cũ de / ⁊ dicitur deuoueo es
ere .i. valde vel deorſũ vouere. vel maledicere: vel execrari. Et cõuoueo es. ere.
id eſt ſimul vouere. Et reuoueo es. ere .i. iterũ vouere. Et eſt voueo actiuũ cũ
omnibus ſuis cõpoſitis. ⁊ corripit hanc ſyllabam vo. in preſenti. ⁊ inde forma
tis ab eo. Sed in p̃terito ꝑfecto producit vo. et in omnibus formatis ab eo. Et
cõiugat voueo es. vouitum. ⁊c. ⁋ Conſtrue. Nos vouemus exoptando .i. deſi

derando et nos vouemus promittendo, vt iſte vouit ire ad ſanctū Jacobum. Deinde ſubiūgit exempla dicens. Quiſquis id eſt quilibet homo vouet id eſt deſiderat non ſua id eſt alia ꝗ̄ ſua. ꝙ pro ⁊. ⁊ vouemus domino id eſt deo (qui ſolus eſt dominus vota noſtra).

Votum Affectum pꝛomiſſa pꝛeces/votum tibi ſignat.

¶ Autoꝛ docet ꝙ hoc nomen votū voti equiuocat ad tria. Primo ſcʒ affectus quod idem eſt quod deſideriū. ¶ Et votum id eſt promiſſum. vt iſte reddit votum ſuum. id eſt promiſſum. ⁊ tunc dicatur de voueo es. ere. id eſt promittere. ¶ Item votum id eſt oratio/ſupplicatio/preces noſtras. Sicut ibi. Vota noſtra queſumus domine clementer exaudi. id eſt preces noſtras. ¶ Conſtrue. Votum ſignat tibi affectum id eſt deſiderium ⁊ promiſſa id eſt ꝓmiſſum ⁊ preces. i. precem. Numerus pro numero cauſa metri ponitur.

Volo Vult tria ſignificat/placet ⁊ pꝛetendit ⁊ optat.

¶ Autoꝛ docet equiuocationē in iſto verbo volo vis. habet tres ſignificatiões. Primo id eſt placet. vt volo michi bene hoc fieri. Et volo ſignificat pretendere ⁊ tunc deriuatur ab eo. hic vultus tus. tui. i. facies: quia vultus pretendit voluntatem mentis hominis. Unde quidam. In vultu legitur hominis quid delatet intus. Et volo id eſt opto hoc fieri. Item a volo deriuatur volitus a. um. quo vocabulo vtuntur theologi noſtri. Sic hoc eſt volitum a deo ꝙ ego ſum id eſt deus vult ꝙ ego ſum. Et eſt volo vis. lui. ſine ſupino. anormalum neutrum.

Vlciſcoꝛ Dicitur vlciſcoꝛ hoſtes/vlciſcoꝛ amicos.
Exponit pꝛimum de nobis pꝛoqꝫ ſecundum.

¶ Autoꝛ dicit ꝙ hoc verbū vlciſcoꝛ eris. vltus ſum vlciſci. ſcd̄m quod dicitur vlciſcoꝛ hoſtes id eſt capio vltionē id eſt vindictam de hoſtibus. Sed vlciſcoꝛ amicos exponitur accipio vltionem pro amicis. Similiter vlciſcoꝛ vno modo exponitur. Accipio vltionem de te. Alio modo exponitur. accipio vltionē pro te. id eſt vindicabo te.
¶ Conſtrue. Vlciſcoꝛ hoſtes dicitur. ⁊ vlciſcoꝛ amicos. De illa prepoſitio exponit primū ſcʒ vlciſcoꝛ hoſtes. i. de hoſtibus. ꝙ pro ⁊. iſta ꝑpoſitio pro exponit nobis ſecundum. ſcʒ vlciſcoꝛ amicos. i. vlciſcoꝛ pro amicis. Et eſt vlciſcoꝛ verbum deponens. Inde hic vltoꝛ oris. ⁊ hec vltrix tricis.
¶ Et poteſt declinari hic ⁊ hec ⁊ hoc vltrix tricis. media ꝓducta. Et vltus a. ū. qđ ſepe accipitur in ſignificatione peſſima. Vñ inultus a. um. i. non vltus.

Vbi Eſt infinitum/reddit/rogat/eſt vbi poſtꝙ̄

¶ Hic docet autoꝛ ꝙ hoc aduerbiū vbi ſumitur aliquādo infinitiue. vt ibi. Eſt vbi dat minimas vires amoꝛ. non enim dicit in quo loco hoc eſt ſed infinitiue dicit ⁊c. Ponitur redditiue vel retributiue. vt ibi. Reddam tibi vbi potero. Iteʒ vbi ponit' interrogatiue. Cū dico: vbi fuiſti tamdiu. Et vbi id eſt poſtꝙ̄ in qua ſignificatione accipitur multociens apđ poetas. Vñ Ouidius in libꝛo metha. Sic vbi deſeruit medidos circūfluus agros. vbi poſtꝙ̄. Saluſtius. vbi conſulueris mature opus eſt facto. i. poſtꝙ̄ accepiſti conſiliū opus eſt facere. Et enī

D 109

opus Boetius de ꝯſolatione libro primo proſa prima. Que vbi poeticas muſas noſtro vidit aſſiſtentes thoro. vbi id eſt poſtq̄. ¶ Conſtrue. hoc aduerbiū vbi eſt infinituū. id eſt tenetur infinitiue. ⁊ reddit. i. tenetur redditiue vel retributiue. rogat. i. tenetur interrogatiue. ⁊ vbi. i. poſtq̄.

Unde refert/querit/loca cauſam materiamq̃

De aduerbio
vnde

¶ Hic autor docet q̄ hoc aduerbium vnde aliquā tenetur relatiue. vt ego ſum vnde ⁊ tu. Et vnde querit locum. Ut vnde veniſti. i. de quibus locis veniſti. Et vnde querit materiam de qua aliquid eſt factum. ſic vnde eſt iſte cutellus. id eſt de qua materia eſt factus. ſcilicet vtrum de calibe aut de ferro. ¶ Conſtrue. Unde refert. i. tenetur relatiue. ⁊ vnde querit. q̃ ꝓ ⁊. materiã. ⁊c̃.

Ut q̄tum/q̄uis/vt qualiter equiuocabis.
Ut ſicut poſtq̄/quatinus/ac vtinam.

vt
vtinam

¶ Autor hic ponit q̄ hec dictio vt multis modis accipit̃. Primo pro q̄tū. Heu me miſerum vt pecco. i. q̄tum pecco. Et vt. i. vtinam. Horatius in ſermonibus Jupiter vt pereat poſitum rubigine ferrum. i. o Jupiter vtinam ferrum poſitum rubigine pereat. Et vt. id eſt q̄uis. Unde Ouidius. Protenus vt venias facta videbor anus. vt id eſt q̄uis: protinus id eſt cito. videbor. id eſt apparebo. facta anus id eſt vetula. Et eſt verſus in libro heroidum.

¶ Ut. i. qualiter. Ouidius pontho. Cernis vt ignauū corrūpūt ocia corpus vt capiant vicium an moueant̃ aque. cernis id eſt an percipis. vt id eſt qualiter ocia corrūpunt ignauum corpus id eſt deſidioſum. ⁊ pigrum corpus (anglice ſla we) quaſi diceret ſicut aque capiunt vicium id eſt corrūpuntur ⁊ putreſcūt niſi moueantur de vno loco ad alium ſic. ⁊c̃. Et bonū prouerbiū ꝯtra iſtos qui nolunt labores propter ſegniciem ⁊ torporē. talis nāq; ſolent ad peſſima vicia declinari. Itē vt ponit̃ pro ſicut. Ouidius. Ut redditq; ferat longū formica per agmen. Item vt. i. poſtq̄ ſicut hic. Iſtud quidā opus vt fecero volo ad aliud trāſferre. vt fecero ibi eſt poſtq̄ fecero. Itē vt. i. quatinus vt hic. Rogo te vt deſtines equum michi. vt ibi. i. quatinus. ¶ Conſtrue. Tu equiuocabis vt q̄tum et vt q̄uis. vt qualiter. vt ſicut poſtq̄. vt quatinus. ac pro ⁊. ⁊ vtinam. i. omnia iſta ſignificat vt ſicut iam patet per exempla.

Quatinus ⁊ ſicut/hec duo ſignat vti.

De ꝯiunctio
vti

¶ Autor docet hic q̄ hec dictio vti duobus modis accipit̃. Primo ꝓ quatinus vt rogo te vti facias hoc. id eſt quatinus facias hoc. ¶ Et vti pro ſicut ſepius reperit̃. Un̄ Boecius vbi ſupra. Ueſtes erāt tenuiſſimis filis. i. ſubtili artificio indiſſolubili materia perfecte. quas vti poſt eadē prodente cognoui. ſuis manibus ipſa texuerat. ibi vti ponitur pro ſicut ⁊ tūc corripit primā ſyllabā. Sed quando eſt infinitiuus modus de vtor vteris. producit primā. Un̄ quidā ait. Uiuat ſeruus vti qui paruo neſcit vti. id eſt ille viuat vti ſeruus. i. ſicut ſeruus qui neſcit vti paruo id eſt medietate diuitiaꝝ. ¶ Conſtrue. hec coniunctio ſiue aduerbium vti ſignificat hec duo. ſcꝫ quatinus ⁊ ſicut.

Nomen dic vtrum coniunctio dicitur vtrum.

vtrum

¶ Hic docet autor q̄ hec dictio vtrum aliquando eſt nomē aliquādo ꝯiūctio v 4: 3

Est nomen qñ sic dico. vtrū istorū duorum animalium currit. i. alterū istorum duum animaliū. aut hic. vtrū istorū duoꝝ hominū video. i. vnū aut alterū istorū duorū hominū video. Et declinatur vter tra trū. et est proprie distributiuū est ꝓprie duorū: sicut ostendo duos currentes dī. vterqꝫ istoꝝ currit. Sed hoc nomen quilibet distribuit inter plures qꝫ duos. sicut ostendo plures aut multos currentes dī quilibet istoꝝ currit. ¶ Item vtrū est coniunctio: ⁊ tunc ponitur pro an: aut ꝑ ve/ qđ idẽ est qđ an: vt hic. Tu nescis vtrū stelle celi sint pares aut impares. Vñ in Anticlaudiano in primo folio primi libri statim post principium in scđo caꝑ. Nec subitos animi motus perpessa repente. Currit ad hec opera sed adhuc deliberat vtrum. Possit ad liberam rationis signatqꝫ pensat Ibi vtrum ponitur pro an possit.

Vel

9o vriatus

Vel dicas etiam/ vel saltem/ vel quoqꝫ siue vtrū.

¶ hic autor docet ꝙ hec coniunctio vel habet tres significatiões. Nam idem est qđ etiam. vt hic. Qui virtute sua superat vel aromata cũcta. ⁊ est versus cuiusdam libri qui vocatur phisiologus. ⁊ sic debet construi. Omnipotẽti deo referimus gratias qui superat virtute sua. vel id est etiã cuncta aromata id est cunctas species preciosas. ¶ Item vel idem est qđ saltẽ. vt ibi. Si nõ suis vatibus credat vel gentilibus. vel ibi. i. saltẽ. ¶ Construe istũ versum sic. Si iudea non credat. i. nõ velit credere suis vatibus. i. suis proprijs prophetis scꝫ Esaye hieremie ⁊ hmõi. de incarnatione xp̄i. credat vel gentilibus. i. saltẽ gentilibus scꝫ vatibus. i. versibus sibile. que versus facit aperte loquẽtes de incarnatione Jesu xp̄i. ¶ Item vel idem est qđ siue sicut cõmuniter accipitur. Ut Johannes vel hereticus scribit. ¶ Construe. O tu lector dicas hanc coniunctionẽ vel idẽ quod etiam. ⁊ dicas vel idẽ qđ saltem. quoqꝫ pro ⁊. ⁊ dicas vel idem qđ siue.

Xantus

Xantus rex grecie fuerat/ fluuius quoqꝫ troie.

¶ hic autor docet ꝙ hoc nomẽ xantus habet duas significatiões. Nã xantus fuit proprium nomen cuiusdã regis qui quondã regnauit in creta insula oceani in qua saturnus primo regnauit. Vñ theodolus sic. Prim⁹ creteis saturnus venit ab oris. Que quidẽ insula nunc vocatur vulgo candy. ¶ Itẽ xantus vocatur fluuius qui est in phrigia in qua sita fuit troia. ¶ Construe. Xantus fuerat rex crete. quoqꝫ pro et. et xantus est fluuius troie. id est frigie. Et est frigia pars asie. ¶ Nota hec creta crete (anglice chalke).

Xennia

Xennia premia/ xennia munera: seu benefacta

¶ Autor dicit ꝙ hoc nomen xenniū habet tres significatiões. Nã xennia. i. premiū. vt si xp̄m sequere tu zennia magna mereꝛ. ¶ Itẽ xenniū munus ꝑuū vel qđcūqꝫ munus siue magnū siue paruū missum alicui (a present) Vñ quidã. xennia q̄ nobis mittis tibi multiplico bis. ¶ Itẽ xenniū bñfactū seu bñficiū qđ aliquis fecerit alicui. Vñ qdã. Do grates vobis ꝓpter data xennia nobis. i. ꝓpter bñficia vestra collata nobis. Xenniū dr̄ a xennies qđ est peregrinū. Et cõponit̄ xenniū cū ex/ ⁊ dr̄ exenniū. ⁊ dr̄ exenniū idẽ qđ xenniū. ¶ Construe. Xennia sūt premia. ⁊ xennia sunt munera. ⁊ xennia sunt benefacta id est beneficia.

zelus

zelus amor tibi sit imitatio sit tibi zelus.
zelus suspicio: zelus inuidia.

¶ Et zelus id eſt imitatio. Vñ zelo zelas. i. imitari. id eſt ſequi. vt ibi. Neqꝫ zelaueris facientes iniquitatem. id eſt ne ſequaris vel imiteris facientes iniquitatem. ¶ Itē zelus eſt ſuppoſitio habita de forma mulieris aut viri. Et dicit (anglice ielyous) ſicut aliquis habet zelum ſuper vxorem ſuam vel aliam mulierem credens eam adulterari propter formam aut pulchritudinem ſuam. ¶ Item zelus id eſt inuidia. ſic ibi. zelus domus tue comedit me. id eſt inuidia quam habui propter proſperitatē domus tue. comedit me. id eſt corroſit me aut torquebat me. id eſt cor meum.

Et ſic finito libro equiuocoꝝ

Equiuoca legi/ que metri lege coegi.
Et libet illa legi/ pueris quibus ipſa legi. ipsa peregi.

¶ Finito libro equiuocoꝝ ſiue equiuocationū: autor hic iſtos duos verſus annectit. In quibus duo dicit. Primo ꝙ ipſe inuenit dictiões iſtas equiuocas (taliter qualiter hic ponuntur) in libris autenticis quos perlegit. ⁊ hoc ibi. Equiuoca legi. ⁊ per hoc ſignificat librum ſuū autenticandum. ¶ Secundo dicit ſe compilaſſe illum tractatum pro pueris ⁊ non pro prouectis. ⁊ hoc ibi cum dicit. Et libet illa legi ⁊c̄. Et in hoc excuſat ſe de humilitate ſtili. quo librum ſuum conſcripſit ad vtilitatem precipue pueroꝝ. ¶ Conſtrue. Ego legi equiuoca: hec. ſcꝫ in libris Autorum. que ſcꝫ equiuoca coegi. id eſt cōiunxi vel collegi. lege. i. cū lege metri. Et libet id eſt placet. illa ſcꝫ equiuoca legi id eſt perlegi. vel doceri pueris id eſt nouellis diſcipulis. quibus id eſt pro quibus. vel ad quorum vtilitatem. ego peregi id eſt feci ipſa ſcꝫ equiuoca ⁊c̄.

30 roff.
30 doreb.
30 vamel.
30 evorl.
30 · fambeb.

demande how
many doreb. how
many vamel.
how many dweb.
how many fambeb.
the profit

30
30
00
90
Doreb. 900
30.
000
2700
Vam. 27000
30
00000
81000
Dweb. 810000
30
000000
2430000
fambeb. 24300000

30
30
00
0
00

Confeſſas hac terge notas

Fauſti poete laureati ac regii. Ad
ſanctam euchariſtiam Carmen.

O Pia que ſacrum libamina paſcitis agnum
O pura indigna victima ceſa manu.
Ad tua confugio vitali nuſtica geſtu:
Ceruus vt ad vitreas currit anhelus aquas.
Eſt mea confiteoꝛ vario mens icta reatu
Penitet admiſſi noxia coꝛda mali.
Intima diſcruciant ſenſus toꝛmenta pꝛofūdos
Et fluit in meſtos ſedula gutta ſinus.
Labitur aeria pꝛeceps ceu flumen ab alpe
Et fel pꝛeterito nectare maius adeſt.
Confeſſas ha terge notas: animamqꝫ pꝛecantē
Perpetuo paſcas hoſtia vera cibo.
Que tua ſincera libant ſacra coꝛpoꝛa mente
Oꝛa queunt triſti nulla perire fame.
Si mea non tanti ſunt tecta capacia regis
Candidus attrito pectoꝛe ſupplet amoꝛ
Ipſe adamas durus ſolo fit ſanguine mollis
Flecteris a pꝛono mitioꝛ oꝛe deus.

Eiuſdem de virgine chꝛiſtū crucifixum
in gremio ſuo deflente Carmen.

Heu heu ꝙ ſummo genitrix aſtricta doloꝛe
Ecce fouet meſto pignoꝛa ceſa ſinu.
Non ſic phebeo confoſſos vulnere natos

Poſſeſſor huius libri eſt ~~[illegible]~~
Si perdatur ei reſtituatur
Amen

Aſperſit miſeris fletibus orbā pārens
Nec ſic heliades: ſibera eſt fama sorores
Defleuerunt fratris fata cruenta ſui
Ut pia deplorat laceratis virgo capillis
Plangit ⁊ inſana pectora nuda manu
Qualis ⁊ ogygio menas ſtimulata furore
Attonita immenſis queſtubus aſtra replet
Interdum exhauſta eſt defeſſo lingua palato
Et torpet rauco mutus in ore ſonus
Siccaqꝫ ꝯſūptis modo lumina deſerit humor
Immiſſiſqꝫ cadens ſenſibus ille riget
Phydiaca celata manu ceu marmora friget
Amiſſiſqꝫ cadens ſenſibus illa riget
Uſqꝫ adeo caros dolor implacabilis artus
Imaqꝫ ſollicitus congelat oſſa pauor
Ut redeunt ſolite releuata in corpora vires
Lamentū infelix matris adorſa nouat
Uix etiam gladio precordia ſentit acuto
Et nullo tantum pectore vulnus hyat
Infantem cupidis xp̄m cum ſtringeret vlnis
Hec ſunt fatidico vaticinata ſene
At non crudelis tam vaſtus vulneris ictus
Nec ſunt venturi credita damna mali
Quis xp̄m humana trutinandū lance putaſſet
Sed reus indigno iudice factus obit
Corpora non cernis multo percuſſa flagello
Queqꝫ ſacrum penetrant ſpinea ſerta caput

a

Corpora non cernis multo percussa flagello,
Quaque sacrum penetrant spinea serta caput

Non ſublime vides quo fixta eſt victi[illegible]um
Quinqꝫ iudea vulnera facta manu
Impia quin etiam perpeſſum funera xp̄m
Concuſſa inſuetis motibus arua docent
C[illegible] ⁊ amiſſa phebeus lampade vultus
[illegible]lidaqꝫ obſcuris cynthia vecta rotis
[illegible] chaos metuens iterum natura vetuſtum
Monſtraqꝫ ſunt tantum teſtificata nefas
Iure igitur ſparſa eſt materno ex oꝛe querela
Iure rigat triſtes plurima gutta ſinus
Nos quoqꝫ funerea ſuccincti veſte gemamus
Atqꝫ humili tutam mente rogemus opem
Scilicet vt noſtro letalem ex coꝛpoꝛe peſtem
Et quodcūqꝫ fuget virgo benigna malum
Nam niſi nos ſolita miſera pietate fruamur
Nullus ab inſtanti peſte ſuperſtes erit

Finis.

Liber equiuocoꝝ quorūdam vocabuloꝝ ſcḋm oꝛdiné alphabeti / vnā cum interpꝛetatiōe Anglice lingue explicit. Adiuncto carmine de ſancta eucharistia / et de virgine xp̄m crucifixum in gremio ſuo deflente. Impꝛeſſus Londonijs per winandū de worde. Anno dn̄i. M.ccccc.v. xiiii. die menſis Decembꝛis.